NAT. JOS. DE NECKER

ELEMENTA

BOTANICA.

TOM. I.

B 4 V.

Francisca Beckers Delin. 1785. *Ant. Karcher Sculp 1786.*

N. J. de Necker nat. Insul. anno 1730.

Rare Book
QK97
.N43
1790
v.1

NAT. JOS. DE NECKER, BOTAN.
SERENISSIMI ELECTORIS BAVARO-PALATINI;
HISTORIOGRAPH. UTRIUSQUE DUCAT. JULIAC.
AC MONTENSIS; ACADEM. SCIENT. MANNH.
MEMBR. ORDINARII; ACADEMIARUM DIVERS.
SCIENT. EUROPÆ SOC. EXTRANEI,

ELEMENTA
BOTANICA

Genera genuina, Species naturales omnium vegetabilium detectorum eorumque characteres diagnosticos ac peculiares exhibentia,

SECUNDUM

SYSTEMA OMOLOGICUM

SEU NATURALE,

EVULGATA.

CUM TABULIS SEPARATIS.

TOMUS PRIMUS.

PARISIIS,
Apud BOSSANGE ET Soc. Bibliopol.
Rue des Noyers, Nº 33.

Typis SOCIETATIS TYPOGRAPHICÆ NEOWEDENSIS.

1790.

Mo. Bot. Garden.
1897.

Neque claſſes, neque ordines in utroque ſyſtemate organico, ſed genera, ſpecies immortales mortaliaque individua, formavit natura.

V. PHYTOZOOLOG. PHIL.

CAROLO THEODORO

S. R. I. ARCHIDAPIFERO;

ELECTORI PALATINO;

UTRIUSQUE BAVARIÆ DUCI;

IN PARTIBUS RHENI, SUEVIÆ,

FRANCONICI JURIS PROVISORI ET

VICARIO &c. &c.

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO.

SERENISSIME PRINCEPS ELECTOR,

QUÆ mandasti mihi, ut tam vegetabilia ad Rheni Palatinatum, ad Juliacensem ac montensem Ducatus sponte nascentia enumerarem, quàm generum,

cumprimis ſpecierum omnium characteres, ſecundùm Syſtema naturale, *quod primum & ultimum in re herbariâ deſideratum, non immeritò promunciavit eques Linnæus; accuratè quantùm in me eſſet determinarem, ea hoc, quod ſacratiſſimis nunc manibus* TUIS *offerre mihi liceat, opere, tabulis æneis,* LIBERALITATE TUA, *ornato, præſtita aliquantum atque expleta eſſe velim.* AUTORITATE AC BENEFICENTIA TUA *mirum in modum ſuffultus, equidem nihil non egi, quod ad exequenda tam grata mihi juſſa pertineret. Juvit me, quocumque diverti,* NOMINIS TUI MAJESTAS & *celebrata longè latèque* TUA *in excitandis ſcientiarum artiumque bonarum ſtudiis* MUNIFICENTIA, *cui profectò debentur horti Botanici, hiſtoriæ naturalis, phyſices experimentalis, muſea planè regia; ſpecula aſtronomica multi facile ſecunda, totque alia monumenta, & inſtituta publica, quæ ſimpiternæ gloriæ* TE *commendant.*

In perpetuis Cæſaris Auguſti laudibus ponitur, porticus cum bibliothecâ latinâ & græcâ exſtruxiſſe; mæcenatem amicum, nec non feliciora ætatis ſuæ ingenia, li-

beraliter habuisse. TU AUGUSTE PRINCEPS, *basilicam & in ea librorum omnis ævi nationum linguarumque thesaurum condidisti.* TU *mœcenatem alterum, doctrinâ, pietate, integritate, candore, humanitate, nemini inferiorem, summi, quo musarum cultores amplecteris,* PATROCINII TUI *ministrum & adjutorem habes fidissimum.* TU *non unum alterumve vatem, sed integros eruditorum hominum, undique conscriptorum, cœtus; societates varias largâ manu alis & foves.*

Mihimet ipsi ex belgo-gallicâ ut tantum litterarum statorem propius suspicerem, ad te accedenti, ea contigit felicitas, ut TUÆ *Scientiarum Academiæ Mannhemiensis, omni Europâ cultiore applaudente paulò ante institutæ, id quod optaveram, adscripseris me statim atque inseueris sodalem.*

Faxit supremus rerum humanarum arbiter, quem mansuetudine & benignitate TUA *refers, ut quemadmodum annis & amplitudine regni,* MAJORES TUOS ELECTORES *superasti* UNIVERSOS, *ita diuturnitate vitæ,*

gloriâ, felicitate omni, eosdem superes. Hæc mea tuorumque omnium vota sunt, quæ utinam certissima totidem sint vaticinia!

SERENITATIS TUÆ ELECTORALIS,

Devotus, gratus ac subditus fidelis, N. J. DE NECKER.

Dat. Mannh. cal. Jan.
M. D CC. LXC.

ELENCHUS

Scriptorum in lucem editorum, authore

Natali Josepho Neckero.

Deliciæ gallo-belgicæ ſylveſtres &c, 2 part. in-8. cum iconibus, Argentor. 1768.

Commentarium de generatione ac multiplicatione muſcorum algarumque, in-4. cum iconibus. Mannh. 1770.

Enumeratio vegetabilium, in Palatinatu Rheni collectorum, cum iconibus & obſervationibus in-4. Mannh. 1770.

Obſervationes de vegetabilibus in utroque Ducatu, Montenſis & Juliacenſis, creſcentibus, in-4. abſque iconibus. Mannh. 1772.

Methodus univerſalis muſcorum & algarum, &c. in-8. cum iconibus. Mannh. 1771.

Commentarium de generatione ac propagatione plantarum *filices* dictarum, in 4. cum iconibus. Mannh. 1775.

Phyſiologia de concatenatione animalium cum vegetabilibus, &c. 1 vol. in-8. cum iconibus. Mannh. 1774.

Converſio ejuſdem operis, e latinâ in gallicam linguam 1 vol. in-8. cum iconibus. Bullion. 1775.

Hiſtoria naturalis de Petaſite atque de Tuſſilagine, in 4. ſine iconibus. Mannh. 1780.

Tractatus de Mycitologiâ ſ. ſermo Hiſtoricus de verâ fungorum origine, &c. 1 vol. in 8. cum iconibus. Mannh. 1783.

Commentarium de fœcundatione vegetabilium; de eorum ſeminibus, aliiſque fructificationis partibus, &c. in-4. abſque iconibus. Mannh. 1784.

Conſiderationes de Syſtemate ſexuali Linnæi, equitis de ſtellâ Polari, &c. in-4. abſque iconibus. Mannh. 1784.

Commentarium de formatione graduali omnium vegetabilium partium in 4. abſque iconibus. Mannh. 1790.

Commentarium de infuſoriis animalculis & iis quæ in vivis aquis reperiuntur, cum dubiis de irritabilitate vegetabilium, in-4. abſque iconibus. Mannh. 1790.

Corollarium ad Philoſophiam Botanicam Linnæi ſpectans, &c. 1 vol. in 8. cum tabulis & icon. ab opuſculo ſeparatis, Neowedæ 1790.

Phytozoologia Philoſophica ſ. tractatus de animalibus & vegetabilibus. Cum tabulis iconibusque ab opere ſeparatis, 1 vol. in-8. Neowedæ, 1790.

PROLEGOMENA.

Laborioſiſſimis duodecim annis in opera tria diverſa nobis impenſis, quorum unum ad animalia ac vegetabilia (1) : alia duo, ad botanicam ſpectant (2) : hinc, orbi litterato, noſtra ſolvimus promiſſa dudùm deſirata, cumprimis botanophilis ac tironibus, qui *genuina genera*, *ſpecies immortales mortaliaque individua diverſa* vegetabilium omnium in toto terraqueo orbe etiamnunc detectorum, vehementer noſcere appetunt.

Quiſquis abſolutam rei herbariæ intelligentiam, ex ſyſtemate naturali nobis detecto, attingere volet, definitiones expletas nec non argumenta firma, quæ ſupradicta opera duo complectuntur, priùs ponderabit : haud dubitamus tunc, quin tirones acuto ingenio præditi, viri præcipue celeberrimi, in ſcientiâ maxime verſati, ſed neutri parti addicti de rebus integrè judicantes, concordiſſimè pro

---

(1) *Phytozoologie philoſophique*, dans laquelle on démontre comment les genres & les vraies eſpeces ont été limités & fixés par la nature, au ſujet des corps organiſés.

(2) Hæc ipſa *Elementa Botanica*, & *Corollarium ad Philoſophiam Botanicam Linnæi ſpectans*, cum *tabulis*.

certo habeant, difficultates ſummaque obſta-cula, in methodis & ſyſtematibus artificialibus botanicis omnibus huc uſque exſtantia, a ſequentibus rationibus pendere. 1°. Quod *ſyſtema omologicum* (1) ſive *naturale*, botanicescultoribus ab omni memoriâ ignotum, intimam convenientiam, cum diverſis ejuſdem ſpeciei prolibus, lucidè nobis indicat. 2°. Quòd ſummi & ſagaciſſimi quidem viri, ad generis & *ſpeciei naturalis* etymologiam ſ. ad originem uſque minime repetentes, utriuſque derivationem meramque ſignificationem, minime agnovere, quemadmodùm prioris univerſitatem (genus): hinc, quid proprie ſit, ignoratione verſari neceſſariò debuerint. Sic ſuam declarat ſententiam celeberrimus *Linnæus: In his naturæ ordinibus limites generum difficulter inveniuntur, ut non adeò facile dicatur, quid genus ſit* (2). Præterea, abſolutam prolis definitionem ejuſque in re herbariâ exiſtentiam minime dignoſcere potuere viri ſupradicti ſummi: hac ratione, ſingula individua diverſa, in *ſpecies* modò, modò in *varietates*, etiamnunc per abuſum accipiantur. 3°. Quòd ſpecierum unà confuſarum partem maximam, pro gene-

---

(1) Vide primam adnotationem *Phytozoolog.*

(2) Conf. *Linn. Amœnit. Acad.* tom. VI, pag. 299. & *Phytozoolog. noſtram.*

ribus habuere ſyſtematici: hinc mirum non eſt, univerſam generis definitionem, coarctatam fuiſſe.

Syſtema omologicum ſ. naturale artificialium omnium conditorum, maxime firmum, ſimpliciſſimum perfectiſſimumque: itaque iis longè præſtat, licet claſſes nullas, ordines nullos ſimiliaque ipſi profectò natura poſuit. Abſolutos generum, peculiareſque ſpecierum naturalium characteres, ſecundùm *ſyſtema omologicum*, ſtatuimus. Diagnoſtici & peculiares prolium omnium characteres plantarum earumque varietatum, ſuo tempore & ſucceſſive nobis præfinientur.

Genera, nec non ſpecies immortales vegetabilium omnium detectorum, multò minus numeroſa ſunt (1), quam eruditiſſimi ſyſtematici, etiamnunc credidere. Species naturales compoſitæ, eò magis proxime accedunt, quò ſumma eſt congruentia, cum mortalibus earum prolibus diverſis: id quòd alienis fœcundationibus, ſolide confirmatur (2).

Vegetabilia, tres præbent characteres:

---

(1) Commentar. in *Act. phiſ. Acad. Elect. Scient. Mannh.* 1780. Multiplicata abhorruiſſe genera, non imeritò dixere Linnæi pater filiuſque.

(2) Conf. opus clar. Kölreuter. de vegetab. hybridis.

nempè genericum, ſpecialem & prolicum. Character naturalis generum (1), ab attributis vegetabilium univerſis, nobis deſumitur. Attributa hæc, in omnes ſpecies cujuſque generis, ſe fundunt.

Character naturalis ſpecierum immortalium, non tantùm e fructificatione diverſorum individuorum mortalium, ſed ex aliis partibus ac ipſi neceſſariis, depromendus fuit.

Character naturalis, unius aut plurimarum prolium eandem ſpeciem formantium, ex omnibus exſtantibus notis, deducendus, in perpendendis *loco*, *ſitu*, *numero*, *direction*, *dimenſione*, *unitate*, *multitudine*, *formâ ſ. figurâ*, *inſertione*, *expanſione*, *circuitu*, tandem *ſimplicitate aut compoſitione* vegetabilium partium: præterea, utrumque nempe characterem, diagnoſticum ac eſſentialem exhibent vegetabilia.

Character eſſentialis iſte, quo proles antiquior inter cæteras & ab eadem ſpecie compoſitâ pendens, tentaminibus, quæ nobis indicantur (2), dignoſci queit.

Character diagnoſticus generis, ex univer-

---

(1) Conſul. noſtram *Phytozoolog. philoſ. Element noſtr. bot.* Tandem *Act. Phyſ. Acad Scient. Mannh.* 1780.

(2) Idem.

ſis ac præcipuis notis, quæ ad omnes ejus ſpecies ſpectant, eruendus (1).

Character diagnoſticus ſpeciei naturalis, a præcipuis & peculiaribus notis, quas proles & individua neutra ejuſdem ſpeciei proferunt, aſſumi debet (2), ut nobis indicavit natura.

Character diagnoſticus ſingulorum vegetabilium, a quibuſdam notis, quæ illorum partibus propriæ ſunt, depromendus (3): hac ratione tirones & botanophili, omnia abſque iconibus diſtinguere poterunt individua diverſa, quibus immortales ſpecies formantur (4).

Supponamus plantam *inulam montanam* Linnæo dictam, botanophilo tironive, penitùs ignotam eſſe. Characterem generis priùs, deinde ſpeciei, indagabit. Flores radiatos in ſupradictâ plantâ floſculis ſtructuræ duplicis inſtructos obſervans, ad primum genus *Elementorum Botanicorum* noſtrorum, pertinere evincetur. Ut ſpecies naturalis ejuſdem prolis detegi queat, in clavem generis actinophytorum, quam nonnullas fructificationis partes ſpecierum, amplectitur, oculos injiciet:

---

(1) Conſul. noſtr. *phytozoolog. philoſ. Element. noſtr. bot.*, tandem *Act. Phyſ. Acad. Scient. Mannh.* 1780.
(2) ibid.
(3) Ibid.
(4) V. *Coroll. ad phil. bot. Linnæi ſpec.*

dein attributa diverſa, iconibus tabulæ primæ ſpecierumque characteribus ſub eodem genere contentarum, æquiparabit tiro. Sequentes plantæ partes, perſpicit, 1°. *perigynandam communem.* 2°. *Setas duas* ad antherarum baſin inſertas. 3°. *Semina pappo coronata.* 4°. *Diſcum communem*, cujus ſuperficiei ſemina inſident. 5°. *Caulem fructificantem.* 6°. *Folia ſimplicia.* Hiſce partibus diverſis ab ipſo ritè cognitis, plantam memoratam, ad inulæ ſpeciem naturalem pertinere pro certo habetur. Hoc ipſo temporis puncto, prolis recenſitæ (inula montana) characterem nomenque proprium noſcere peroptans, notas ſequentes obſervaturus. 1°. *Locum, ſitum, numerum, directionem, dimenſionem, ſtructuramque* pedunculorum. 2°. *Unitatem ſ. multitudinem.* florum. 3°. *Formam, ſitum, ſimplicitatem* aut *compoſitionem* perigynandæ communis. 4°. *Figuram, ſitum, inſertionem, ſuperficiem* (utraque parte), *expanſionem, circuitum ſ. peripheriam*, tandem *ſimplicitatem* vel *compoſitionem* foliorum.

Omnibus hiſce notis conſideratis, inter ſe collatis & ad diverſas ſpeciei proles accommodatis, certitudine cum maximâ ſtatim affirmabit tiro, plantam ab ipſo ante hac ignotam, *inulam montanam* eſſe. Pro omnibus cæteris ſpeciebus compoſitis & ſimplicibus, quæ ad

primum genus noſtrum attingunt, eadem ratione agendum.

Nomina ſpecialia aſteriſco notata & a græco originem ducta, in memoriam peritorum virorum, quos botanices ſcientiam excoluere, inſtituimus. Alia nomina aſteriſco etiam deſignata, a quibuſdam derivantur & ad exemplum *Jacquini*, nobis proponuntur. Quùm v. g. duas priores Theobromæ ſyllabas dempſerat, litteramque primam alphabeticam addiderat, *abromæ* nomen formavit clar. vir. Primâ crotolariæ ſyllabâ ſuppreſſâ primamque litteram alphabeticam reliquis additâ, *atolariæ* nomen, pro ſpecie diſtinctâ, formavimus. Sic de cæteris in hoc opere contentis, quæ ad ſpecies naturales vegetabilium diverſas nobis accommodantur. Quædam tandem Linnæana nomina aſteriſco duplici notata, rationibus, quas attulimus, reformantur.

Nulla fungorum, in Elementis Botanicis noſtris mentio nobis facta, quòd ſyſtematis fibroſi vegetabilium producta eſſe, hodie pro certo tenemus, dum in organicas fibrillas ſimpliciſſimas, id eſt, in principia ſecundaria memoratum ſyſtema, decomponitur, mediante fermentatione, humiditate idoneoque calore: itaque, inter vegetabilia ac mineralia illos nunc numeramus fungos: hinc, liquet cellulare parenchymatoſumve textum, quo fibrarum

ſyſtêma, in omnibus vegetabilium partibus ſparſum, dein ad elementa primitiva, ſeu ad inorganicas particulas redactum, nunquam fungoſa producta & alia quæcumque certe geniturum (1).

Fructificationis vegetabilium partes, tam indigenorum quàm exoticorum ære inſculpuntur & ſub clavibus nobis exponuntur, ut in conferendis characteribus vegetabilium cum tabulis noſtris, ad opera tria diverſa pertinentibus, genera genuina omneſque immortales ſpecies, facilitate cum maximâ ac celeriter, detegere queant tirones.

Vegetabilium fructificationis partes, ſequentes ſunt: 1. *Bractea.* 2. *Perigynanda.* 3. *Spatha.* 4. *Amentum.* 5. *Spadix.* 6. *Gluma.* 7. *Coleſula.* 8. *Calyptra.* 9. *Tubus & ungues perigynandæ.* 10. *Limbus.* 11. *Nectarium.* 12. *Stamina.* 13. *Piſtillum.* 14. *Germen.* 15. *Stylus.* 16. *Stigma.* 17 *Diſcus.* 18. *Acronus.* 19. *Legumen* 20. *Achæna.* 21. *Capſula.* 22. *Siliqua.* 23.

---

(1) Conſul. *Mycitologiam* ſeu Tractatum noſtrum de verâ fungorum origine, gallicè editum anno 1783; apud Mathiam Fontaine, Bibliopolam & Electoris Bavaro-Palatini privilegio donatum.

Theca. 24. *Bacca.* 25. *Drupa.* 26. *Tryma.* 27. *Scytinum.* 28. *Nux.* 29. *Scrinum.* 30. *Pomum.* 31. *Cysta.* 32. *Aggedula.* 33. *Calpa.* 34. *Raphida.* 35. *Noconamum.* 36. *Nephrosta.* 37. *Gymnocidium.* 38. *Perocidium.* 39. *Origoma.* 40. *Oplarium.* 41. *Peridroma* 42. *Semen.* 43. *Besimen.* 44. *Receptaculum (1).*

Siquidem vegetabilium syſtema omologicum seu naturale, quod nullus huc usque botanicus, in apertum conjicere potuit, simpliciſſimum, perfectiſſimum & per futura quidem secula omnia, unicum ſtabile permanſurum, ſuo fundamento, noſtra nituntur *Elementa Botanica*, quibus difficultates afficiuntur nullæ, uti methodis ſive artificialibus ſyſtematibus in lucem etiamnunc prolatis, nominatim syſtemate ſexuali *Linnæi*, cujus quatuor mechanica principia, etiam claſſium nonnullarum ordinumque plurimorum characteres, ſecùm pugnant. Id quòd botanicus acri judicio prædi-tus, nullo negotio nobiſcum fatebitur, quùm non pauca jam viderit exempla (2) nobis ci-

(1) In Corollar. noſtro, ad Phil. Bot. Linn. Spectante, omnes hæ definiuntur partes.

(2) Conſ. *Act. Phyſ. Acad. Elect. Scient. Mannh. anno.* 1784.

tata, omniaque magni momenti ac ponderis argumenta, quæ in *Phytozoologiâ philoſophicâ* noſtrâ fusè exponuntur, attentè perpenderit.

Dabam Mannhemii ex muſeo die 10 *Auguſti anno* 1788.

GENUINA VEGETABILIUM

GENERA

EORUMQUE DERIVATIO,

SECUNDUM

SYSTEMA NATURALE

NOBIS DETECTUM, STABILITA.

I. ACTINOPHYTUM,

a vocibus *Ακτινοειδεις*, in ſpeciem radiorum formatum, & *Φυτον* planta derivatur.

Plantæ, id eſt, floribus compoſitis. Elytriculi ſ. floſculi marginales radium formantes, lingulato-plani: centrales, tubuliformes. TABULA I.

II. GLOSSARIPHYTUM,

a vocibus *Γλωσσάριον*, lingula & *Φυτον*, planta derivatur.

Plantæ i. e. floribus compoſitis. Elytriculi omnes æqualiter lingulati, plani. TAB. 2.

III. SIPHONIPHYTUM,

a vocibus *Σιφωνιον*, tubulus & *Φυτον* planta derivatur.

Plantæ i. e. floribus compoſitis. Elytriculi omnes æqualiter tubulati. TAB. 3.

IV. PSYDOMORPHYTUM,

a vocibus *Ψευδὴς*, falſus, *μορφὴ*, forma & *Φυτὸν* planta originem trahit.

Plantæ i. e., quarum floſculi congeſti, falſam floris compoſiti formam habent. TAB. 4.

MISSOURI BOTANICAL
GARDEN LIBRARY

V. SPHANIDOPHYTUM,
a vocibus Στεφανηδὸν, in modum coronæ & φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e. fructum aut semen ypomenum, dentibus, perigynandâ exteriore, pappis, similibusque persistentibus partibus, coronatum. TABULA 5.

VI. GITONOPHYTUM,
a vocibus Γειτονεω, vicinus sum & φυτὸν planta deducitur.

Plantæ i. e. fructificationis dispositione, vicinitatem habentes cum scadiophytis. TAB. 6.

VII. SCADIOPHYTUM,
a vocibus Σκιὰδιον, umbella & φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e. fructificationem umbellæformem suppeditantes: fructu ypomeno, bipartibili. TAB. 7.

VIII. PHYLLASTROPHYTUM,
a vocibus φυλλον, folium, ασρον, astrum & φυτὸν planta originem ducens.

Plantæ i. e. folia ad caulem stellæformia, exhibentes: fructu ypomeno. TAB. 8.

IX. DICROOPHYTUM,
a vocibus Δικρος, bifidus & φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e. quarum setæ antherarum, in modum furcillæ, multifarie disponuntur. TAB. 9.

X. SYGOLLIPHYTUM,
a vocibus Συγκὸλλησις, conglutinatio, ferrumination & φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e., quarum flos fructui adeo firmiter conglutinatur, ut ab hac parte fructificante, ille separari nequeat. TAB. 10.

XI. CAMPYLOPHYTUM,
a vocibus Καμπυλότης, obliquitas, flexus & Φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e., quarum superior pars perigynandæ interioris, obliquè inflectitur & ante explicationem in spiram sæpius torta. TABULA. 11.

XII. TRACHYTOPHYTUM,
a vocibus Τραχύτης, asperitas sive scabrities & Φυτὸν planta originem trahens.

Plantæ i. e. asperifoliæ, achenas plures, congregatas gerentes. TAB. 12.

XIII. CORYTHOPHYTUM,
a vociçus Κόρυς, galea & Φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e., quarum superior pars perigynandæ staminiferæ, galeam simulat. TAB. 13.

XIV. CHASMATOPHYTUM,
a vocibus χασμα, hiatus, seu rictus & Φυτὸν planta derivans.

Plantæ i. e., quarum flores didynamici irregulares s. anomali, hiatum rictumve, repræsentant. TAB. 14.

XV. PLASYRGOPHYTUM,
a vocibus Πλασουργω, imitor, effingo & Φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e., quarum flores didynamici regulares, hiatum rictumve effingunt. TAB. 15.

XVI. DARINYPHYTUM,
a vocibus Διαρρήγνυμαι, findor, disrumpor & Φυτὸν planta originem ducens.

Plantæ i. e., quarum perigynanda interior staminifera; pistillum, epimenum; fructus siccus sponte diruptus. TAB. 16.

XVII. ARCYTHOPHYTUM,
a vocibus Ἀρκεύθος, juniperus & Φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e. ſtaminibus paucis & fructu epimeno, cujus natura, pulpoſa, uti baccæ juniperi; perigynanda interior ſtaminifera. TABULA. 17.

XVIII. SARCODIPHYTUM,
a vocibus Σαρκώδης, carnoſus & Φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e. fructum ſucculentum carnoſumve ſæpius, adminiſtrantes & ſtamina numeroſa, quæ perigynandæ exteriori inſeruntur. TAB. 18.

XIX. PLYRONTOPHYTUM,
a vocibus Πλευρὸν, latus & Φυτὸν planta originem ducens..

Plantæ i. e. ſtamina pauca præbentes, quæ lateri perigynandæ exterioris, adnaſcuntur: flore ypomeno & fructu epimeno. TAB. 19.

XX. CORYPHOPHYTUM,
a vocibus Κορυφὴ, cacumen & Φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e. ſtamina pauca habentes, quæ perigynandæ exteriori inſident: flore epimeno & fructu ypomeno. TAB. 20.

XXI. CATOTAPHYTUM,
a vocibus Κατώτατος, infimus ſ. inferior & Φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e. ſtamina pauca ferentes, partim unguibus ſepalorum, partim diſco proprio, inſidentia. TAB. 21.

XXII. ACLYTHROPHYTUM,
a vocibus Κλεῖθρον, clauſtrum & Φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e., *quarum perigynanda ſimplex, ſemen fructuſve ſine clauſtro exſtat, id eſt, non includitur.* TABULA 22.

XXIII. SYSELLOPHYTUM,

a vocibus Συσέλλω, contraho, coerceo & Φυτον planta originem trahens.

Plantæ i. e., quarum perigynanda ſimplex ac perſiſtens, ſemen ita contrahit, ut ambo unita ſ. juncta, in unum corpus abeant. TAB. 23.

XXIV. EREDOPHYTUM,

a vocibus Ερειδω, fulcio aut ſuſtentaculum & Φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e., quarum ſtamina pauca & piſtillum ſolitarium, diſco proprio elevantur ac ſuſtinentur. TAB. 24.

XXV. DAPSILOPHYTUM,

a vocibus Δαψιλὴς, abundans, copioſus & Φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e. ſtamina numeroſa præbentes; piſtillum ſolitarium, quod diſco proprio, elevatur. TAB. 25.

XXVI. CATIZOPHYTUM,

a vocibus Κατιζο, pono, ſedeo & Φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e. ſtamina numeroſa ferentes, quæ acrono (non diſco) *inſident: fructu epimeno.* TAB. 26.

XVVII. SYNATHROPHYTUM,

a vocibus Συναθροιζω, in unum cogo, congrego & Φυτὸν planta derivans.

Plantæ i. e., quæ ſtamina plurima & fructus dehiſcentes, aggregatos, plures gerunt. TAB. 27.

XXVIII. ACASCOPHYTUM,
a vocibus a non, χασκω, aperio : hinc non dehiſco & φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e., quæ ſtamina plura & fructus congeſtos, minime dehiſcentes ſive achenaceos exhibent. TABULA. 28.

XXIX. CYRTOSIPHYTUM,
a vocibus Κυρτασις, gibboſitas & φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e. fructibus epimenis inſtructæ, quorum loculi, gibboſi. TAB. 29.

XXX. OSARIPHYTUM,
a vocibus Οσαριον, officulum & φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e. fructum pulpoſum baccatum ſæpius drupaceum, exhibentes : piſtillo epimeno ; ſtamina pauca, libera TAB. 30.

XXXI. YPSOOPHYTUM,
a vocibus, Υψοω, in altum tollo & φυτὸν planta originem trahens.

Plantæ i. e. fructificationem diſco carentem, gerentes ; ſtamina pauca, apici pedunculorum inſidentia. TAB. 31.

XXXII. PHALARSIPHYTUM,
a vocibus φαλαγξ, phalanx, APP'HN & αρσην, maſculus, mas & φυτὸν planta derivans.

Plantæ i. e., quarum ſtamina inter ſe connectentia, in plures phalanges diſponuntur. TAB. 32.

XXXIII. OMOPLEPHYTUM,
a vocibus Ομοπλεκὴς, ſimul connexus & φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e. numeroſa ſtamina exhibentes, quæ connexione, columnam veram ſimulant aut repræſentant. TAB. 33.

XXXIV. COMIZOPHITUM,
a vocibus Κομιζω, gero & φυτὸν planta deducitur.

Plantæ i. e., quarum perigynanda interior, cæteris minor, vaginulata, campanulata, urceolata, cylindrica, tubulata, infundibuliformis, pedicellata, annuliformis, masculos gerens. TABULA 34.

XXXV. CHORISOPHYTUM,
a vocibus χωριστὸς, separabilis & φυτὸν planta, derivatur.

Plantæ i. e. floribus ecarinatis, subregularibus; stamina communiter pauca, libera s. distincta: hinc inter se separabilia. TAB. 35.

XXXVI. CYTEOPHYTUM,
a vocibus Κυτοσεος, carina, cavitas seu fundum navis & φυτὸν planta originem ducit.

Plantæ i. e., irregulares præbentes flores, quorum sepalum inferius sæpe cymbiforme constanter carinatum; stamina, monadelphica diadelphica & separabilia: legumine achenaceo & chenaceo. TAB. 36.

XXXVII. AMORPHOPHYTUM,
a vocibus Αμορφια, deformitas, & φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e.: floribus irregularibus seu anomalis; fructus siliquæformis & leguminiformis. TAB. 37.

XXXVIII. STYRIDOPHYTUM,
a vocibus Σταυριδον, in modum crucis, & φυτὸν planta originem ducens.

Plantæ i. e., flores in crucem dispositos, suppedi-tantes: fructu siliquoso. TAB. 38.

XXXIX. BRACHYTOPHYTUM,
a vocibus Βραχυτης, brevitas & φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e. floribus, tetraſepalis, minoribus, inſtructæ; fructus brevis, ſiliculoſus. Tab. 39.

XL. DAPHONOPHYTUM,

a vocibus Διαφωνεω, diſcrepo & Φυτον planta derivatur.

Plantæ i. e., quarum fructificationis ſtructura planè diverſa; mares germini aut perigynandæ propriæ inſident. Tab. 40.

XLI. SYNARMOPHYTUM,

a vocibus Συναρμόζω, coagmento, conſocio & Φυτὸν planta derivans.

Plantæ i. e. utrumque ſexum conſociatum & ſtamina occulta, efficientes. Tab. 41.

XLII. CRATOOPHYTUM,

a vocibus Κραταιόω, ſum fortis, corroboro & Φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e. ſyſtema nervoſum corroborantes; ſtamina ſæpius ſolitaria; fructus ypomenus; ſpadix ſimplex & compoſitus. Tab. 42.

XLIII. YMNODIPHYTUM,

a vocibus Υμνώδης, in modum membranæ ſpeciem reſpiciens & Φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e. quarum pars fructificans, membranâ ſpathaceâ tegitur; fructus trilocularis. Tab. 43.

XLIV. GONOOPHYTUM,

a vocibus Γωνιόομαι, angulos habeo & Φυτὸν planta originem ducit.

Plantæ i. e. ſtamina præbentes ſex æqualia, quæ ſepalis ſæpe opponuntur; fructus anguloſus; ſpatha nulla. Tab. 44.

XLV. ACHYROPHYTUM,
a vocibus Αχυρωσις, conſtructio ſeu compoſitio paleacea & Φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i e., fructificationem ferentes, quæ glumis paleiſve conſtat. TABULA 45.

XLVI. CHORTODIPHYTUM,
a vocibus χορτωδης, accedo & Φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e. ad vera accedentes achyrophyta fructificationis partibus. TAB. 46.

XLVII. AXONOPHYTUM,
a vocibus Αξων, axis & Φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e.: fructificatione amentiformi; floſculi axin communem obtegunt. TAB. 47.

XLVIII. LEPYROPHYTUM,
a vocibus Λεπυρὰδης, ſquamis conſtans, ſquamoſus & Φυτὸν planta deducitur.

Plantæ i. e. fructum conicum, ſquamis craſſis imbricatis, formatum efficientes. TAB. 48.

XLIX. CATABOPHYTUM,
a vocibus Καταβαπτω, ſubmergo, demergo & Φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e., quæ ſubmerguntur aquis. TAB. 49.

L. EMPROOPHYTUM,
a vocibus Εμπρόω, exuro, accendo & Φυτὸν planta derivatur.

Plantæ i. e. cauſticæ, acerrimæ tam ſolida quàm liquida accendentes exurenteſque. TAB. 50.

LI. POCILMOPHYTUM,
a vocibus Ποικιλμαλα, varietates facio & Φυτὸν planta originem trahens.

Plantæ i. e., quarum fructificationis partes ſpecierum ſtructurâ & ſtaminum numero, ſunt diverſæ ſeu inconſtantes. TABULA 51.

LII. SPHÆROPHYTUM,
a vocibus Σφαιρομαι, ſum rotundus, contrahor in orbem & φυτον planta derivatur.

Plantæ i. e. fructificationem, globuliformem: aliæ, ſphærulas aggregatas apicibus vel in averſâ parte frondium, gerentes. TAB. 52.

LIII. PHRYGANOPHYTUM,
a vocibus φρυγανὰδης, furculoſus & φυτὸν planta derivans.

Plantæ i. e. muſcoſæ, ſurculos cæſpitoſos præbentes. TAB. 53.

LIV. ATROZOPHYTUM,
a vocibus Αθροιζω, coacervo, accumulo & φυτον planta originem ducens.

Plantæ i. e. algoſæ, quarum frondes evolutione ſucceſſivè continuatâ, accumulantur. TAB. 54.

Omnia vegetabilium genera ſupra recenſita, quæ a vocabulis græcis originem ducunt, ſyllabis quinque conſtant.

ELEMENTA BOTANICA.

I. *GENUS.*

ACTINOPHYTUM

TABULA I.

CHARACTER DIAGNOSTICUS.

Flos, elytriculis vaginuliferis, lingulatis & tubulosis, constans.

Antheræ, in cylindricum tubulum connexæ: filamentis liberis.

Discus communis, fructificationem elevans, figurâ varius.

CHARACTER UNIVERSALIS.

Flos, composito-radiatus, *fig.* 1.

Perigynanda communis, polylepida aut monosepala; polylepida: squamis imbricatis *fig.* 2.; alia monosepala 5. 6-dentata, *fig.* 3.; alia multipartita *fig.* 4.

Elytriculi ambitûs floris compositi, fistuloso-lingulati *fig.* 5. 1. *aaaa*: singuli hermaphroditi; alii neutri & feminei.

Elytriculi centrales, tubuliformes, utrumque sexum proferentes, alii neutri: ore quinquefido: singuli vaginuliferi.

Stamina quatuor, quinque, breviſſima, parieti elytriculorum affixa: antheris in vaginulam cylindraceam coalitis *fig.* 6. *a*.

Piſtillum germini inſidens : ſtylo diviſo & indiviſo *fig.* 7.

Pappus ſeminum, piloſus, ſeſſilis *fig.* 8. ; alius ſtipitatus *fig.* 8. *a*; pennatus ſeſſilis *fig.* 9. ; plumoſus ſtipitatus *fig.* 9. *a* ; alius pappus ſetaceus *fig.* 10 ; paleaceus *fig.* 11 ; alius auriculatus *fig.* 12 ; dentatus *fig.* 13 ; bicornis *fig.* 14 ; alius triariſtatus *fig.* 14. a ; folioliformis *fig.* 15 ; alius ad apicem marginatus *fig.* 16. In quadam ſpecie pappus in circuitu ſeminum, membranaceus *fig* 17 ; tandem nullus.

Diſcus communis fructificationis, conicus *fig.* 19 ; globoſus *fig.* 20 ; alius planus *fig.* 21 : ſuperficie, nudâ, piloſâ, tandem paleaceâ.

Species naturales in hoc genere, cauleſcentes & ſcapoſæ.

Folia, ſimplicia & compoſita.

CLAVIS.

Species naturales generis Actinophytorum, floſculos biformes efficiunt.		Pappo Seminum piloſo.
		P. Sem. lanato.
	Perigynanda polylepida.	P. Sem. ſtellato-foliaceo.
		P. S. plumoſo & ſetaceo.
		P. Sem. plumoſo.
		P. Sem. membranaceo.
		P. Sem. paleaceo & piloſo.
		P. Sem. bicornuto.
		P. Sem. biauriculato.
		P. Sem. ſquamuloſo.
		P. S. nudo & membranaceo
		P. S. latere membranaceo.
		P. S. ſetaceo.
		P. S. denticulato.
		P. Sem. ariſtato.
		P. Sem. latere alato.
		P. Sem. foliolaceo.
		P. Sem. nullo.
	Perigynanda ſimplicis duplicisque ordinis.	P. Sem. ſubplumoſo.
		P. Sem. piloſo.
		P. Sem. apice marginato, latere membranaceo.
		P. Sem. apice membranulaceo.
		P. Sem. paleaceo.
		P. Sem. denticulato.
		P. Sem. ſetaceo.
		P. Sem. ariſtato.
		P. Sem. ſquamuloſo.
		P. Sem. valvulaceo.
		P. Sem. foliolaceo & paleaceo.
		P. Sem. marginato.
		P. Sem. uteriformi.
		P. Sem. nullo.
		Fructu achenaceo.

SPECIES NATURALES
ACTINOPHYTORUM.

ENULA. *Aunée.*

1. CHARACTER DIAGNOSTICUS.

Anthera, vaginalis, in fetas ad Basin desinens.
Pappus seminum, pilosus.
Semina, omnia fertilia.

CHARACTER PECULIARIS.

Flos, radiatus.
Perigynanda communis, polylepida: squamis imbricatis, laxis.
Elytriculi, radium floris formantes, feminei, linguiati; *Centrales*, hermaphroditi, tubulati.
Antheræ, in fetas ad Basin desinunt.
Discus communis, nudus.
Semina, omnia fertilia, pappo piloso coronata.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia simplicia.

LIOYDIA. *Lioydée.*

2. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, simplex, 1-sepala.
Pappus seminum, subplumosus.
Semina, omnia fertilia.
CHAR. PECUL. *Fl.* radiatus.
Perigynanda communis, simplex, 1-sepala: segmentis (10) pluribus contiguis.
Elytriculi, *marginales*, feminei; *Centrales*, tubulati, hermaphroditi.
Antheræ, in fetas 2 desinentes.
Discus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, pappo ſubplumoſo coronata.
Proles, in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia. Quæd. Inul. Linn.

SOLIDAGO. *Verge d'Or.*

3. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ communis, coarctatæ.

Elytriculi radium floris conſtituentes, pauci, ſæpe 5.
Semina, fertilia omnia.
CHAR. PECUL. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, oblonga, polylepida: ſquamis acutis, coarctatis, imbricatis.

Elytriculi radiantes, feminei, lingulati, pauci; *Centrales*, hermaphroditi, tubulati, apice 5-fidi.

Diſcus communis, nudus.
Semina, omnia fertilia.
Pappus ſeminum, ſimplex ſ. piloſus.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.

PINARDIA. *Pinardée.*

4. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ communis inferiores, patentiusculæ.

Elytriculi, radii florum, lineares.
Semina, fertilia omnia, pappo piloſo.
CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, polylepida, imbricata, cujus ſquamæ patentiusculæ.

Elytriculi, radii florum, lineares, lingulati, feminei, plures; *Centrales*, monoclini, tubulati, apice 5-fidi.

Diſcus communis, nudus.
Semina, omnia fertilia, pappoſa: pappo piloſo.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia. Aſter. Linn. etiam quæd. Coniz. ejuſdem authoris.

Obſ. *Pinardiam pro Aſtere diximus, quòd hæc vox univerſalis (Aſter) omnibus actin-phytorum ſpeciebus naturalibus, planè congruit: eadem ſtructura floſculorum, ſ. elytriculorum qui duplicis diverſitatis: itaque, alie-*

rum nomen ſubſtituimus, in memoriam DD. Pinard, profeſſoris horti Botan. rothomagæi.

THYRSANTHEMA. *Thyrſanthème.*

5. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, imbricata, polylepida, multiflora, *lingulæ* radium formantes, minutæ.

Semina, fertilia omnia.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, polylepida, imbricata, multiflora.

Elytriculi radii florum, feminei, lingulati, minuti; *Centrales*, tubulati, monoclini: ore 5-fido.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia.

Pappus feminum, ſimplex piloſusve.

Proles in hac ſpecie, ſcapoſæ.

Folia ſimplicia. Quæd. Tuſſilag. Linn.

PETASITES. *Pétaſite.*

6. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, 1-ſepala, ſimplex, pluripartita, multiflora, baſi cujus ſquamæ ſphacelatæ, acceſſorii formes.

Semina, omnia fertilia.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, pluripartita, 1-ſepala, ſimplex, multiflora, cujus baſi ſquamæ ſphacelatæ, acceſſorii formes.

Elytriculi radii florum, feminei, plani, lingulati, minuti; *Centrales*, tubulati, hermaphroditi: ſegmentis pluribus.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, pappeſcentia: pappo piloſo, ſeſſili.

Proles in hac ſpecie, ſcapoſæ.

Folia ſimplicia. Quæd.

ATASITES. *Faux-Pétasite.*

7. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, polylepida, I-flora.
Squamæ, imbricatæ.
Pappus, pilosus.
Semina fertilia.
CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.
Perigynanda communis, I-flora, polylepida.
Squamæ, imbricatæ.
Elytriculi, radium floris constituentes, feminei;
Centrales, monoclini, tubulati: ore 5-fido.
Discus communis, nudus.
Semina, omnia fertilia.
Pappus, simplex.
Proles in hac specie, scaposæ.
Folia simplicia. Quid. Tussilag. & Arnic. Linn.

TUSSILAGO. *Tussilage, Pas-d'âne.*

8. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, I-flora, simplex, I-sepala, pluripartita.
Squamulæ, basi, auctæ, sphacelatæ, coarctatæ.
Semina, fertilia omnia.
CHAR. PEC.. *Fl.* radiatus.
Perigynanda communis, I-flora, I-sepala, pluripartita, simplex.
Squamulæ, coarctatæ, sphacelatæ, basi auctæ.
Elytriculi florum radiantes, feminei, lingulati;
Centrales, monoclini, tubulati: apice pluridentato.
Discus communis, nudus.
Semina, omnia fertilia, pappo simplici coronata.
Proles in hac specie, scaposæ.
Folia simplicia.
Obs. *Thyrsanthema*, *Petasites*, *Asitea*, & *Tussilago*, *species naturales* 4, *distinctæ*, *Lioydiæ proximæ*: *singulæ*, *inter se maxime affines.*

OTHONNA. *Othonne.*

9. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, 1-ſepala, integra: ore plurifido.

Semina, feminarum, pappeſcentia nudaque, fertilia: monoclinorum, abortantia.

Diſcus, nudus.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, oblonga, 1-ſepala, ſimplex, acceſſorio deſtituta, integra, plurifida.

Elytriculi marginales florum, feminei, lingulati, lineares; *Centrales*, tubulati, monoclini: ſegmentis pluribus.

Diſcus communis, nudus.

Semina feminarum, fertilia: pappo piloſo; hermaphroditorum, abortiva.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

HERTIA. *Hertie.*

11. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, 1-ſepala, pluripartita.

Diſcus communis, hirſutus.

Semina feminarum fertilia pappoſa: pappis ſubplumoſis; monoclinorum, abortiva.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, 1-ſepala, ſimplex, pluripartita.

Elytriculi marginales florum, nervoſi, feminei, plani, revoluti, ad Baſin globoſi, facilè decidui; *Centrales*, tubulati, monoclini: ſegmentis pluribus.

Diſcus communis, hirſutus.

Semina, feminarum fertilia, pappeſcentia. pappo ſubplumoſo; monoclinorum, abortantia.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Othonn. Linn.

GORTERIA. *Gortere.*

12. CHAR. DIAGN. *Discus communis*, nudus.
Pappus seminum, lanatus.
Perigynanda, aculeata, polylepida.
Semina marginalia floris, nulla.
CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.
Perigynanda communis, polylepida: squamis aculeatis, imbricatim dispositis.
Elytriculi florum *radiantes*, neutri, lingulati; *Centrales*, monoclini, fertiles, tubulati: ore 5-fido.
Discus communis, nudus.
Semina, ambitûs florum, nulla, *centri*, fertilia.
Pappus seminum, lanatus.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia simplicia.

MOEHNIA. *Moehnie.*

13. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, 2-plici ordine.
Exterior, polilepida.
Interior, 1-sepala, plurifida.
Pappus, pilosus.
Semina radii florum, nulla.
CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.
Perigynanda communis, ordine 2-plici.
Exterior, imbricata, polylepida: squamis patulis, mucrone terminatis.
Interior; 1-sepala: laciniis erectis.
Elytriculi radii florum, neutri, lingulati; *Centrales*, tubulati, monoclini: ore 5-fido.
Discus communis, nudus.
Semina, radii nulla; *Centri* fertilia: pappo piloso.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia simplicia. Quæd. Gort. Linn.

ZARABELLIA. *Zarabellée.*

14. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, 2-plex. *Exterior*, polylepida.

Interior, 1-ſepala.

Semina, villoſa, foliolis ſtellæformibus coronata; ea radii, nulla.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, 2-plex. *Exterior*, polylepida, imbricata. Hujus ſquamæ ſetis rigidulis, utrinque donantur.

Perigynanda interior, 1-ſepala, minor.

Elytriculi florum *radiantes*, neutri, lingulati; *Centrales*, tubulati, monoclini.

Diſcus communis, convexus.

Semina radii, nulla; *Centri*, fertilia, villoſa, foliolis pluribus ſtellæformibus coronata.

Proles in hac ſpecie, caulеſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Gort. Linn.

Obſ. *Species hæc, neque ad Gorteriam, neque ad Moehniam pertinet: proprio diverſoque charactere uti ſupra videre eſt.*

BARNADESIA. *Barnadéſie.*

15. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, imbricatus, pungens.

Semina, florum *marginalia*, pappoſa, pluriradiata; *centralia*, pappo ſetaceo, retrofracto, inſtructa.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, polylepida, imbricata.

Squamæ exteriores, arcte imbricatæ, pungentes.

Interiores, patulo-ſubulatæ, pungentes.

Elytriculi florum *radiantes*, unico ordine: ſinguli, monoclini, lingulati: apice incurvo fiſſo; *centrales elytriculi*, hermaphroditi, tubulati, 3. 4, remoti: ore 5-partito.

Diſcus communis, villoſus.

Semina, fertilia omnia; ea marginalia floris; pappo longo, plumoſo pluriradiato; *ea centralia*, pappo ſetaceo, retrofracto.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.

ATRACTYLIS. *Crodilée.*

16. CHAR. DIAGN. *Bracteæ*, perigynandæ ſubjecta, ſpinoſa.

Pappus ſeminum, plumoſus.

Elytriculi florum *radiantes*, 5-dentati.

Diſcus piloſus.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, polylepida, imbricata.

Squamæ, apice mucronatæ.

Elytriculi radium florum formantes, apice plano-dentati, monoclini; *centrales* hermaphroditi, tubulati: limbo 5-fido.

Diſcus communis, piloſus.

Semina, omnia fertilia, pappeſcentia: pappo pennato.

Bracteæ, perigynandæ ſubjecta, polyphilla, perſiſtens.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

LEYSERIA. *Leyſerie.*

17. CHAR DIAGN. *Pappus*, feminarum paleaceus: monoclinorum plumoſus.

Perigynanda, margine ſcarioſa.

Semina, omnia fertilia.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, polylepida: ſquamis imbricatis, ſcarioſis.

Elytriculi marginales ſ. *exteriores* florum, feminei, lineares, plani; *centrales*, tubulati, monoclini; ore 5-fido.

Diſcus communis, in ambitu floris, paleaceus, in centro, nudus.

Semina feminarum ad apicem paleacea; hermaphroditorum plumoſa; omnia fertilia.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

MICHAUXIA. *Michauxie.*

18. CHAR DIAGN. *Discus communis* semina recipiens, paleis, in circuitu & centro florum, tectus.

Semina omnia fertilia, membranulâ coronata.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, subrotunda, polylepida, imbricata: squamis superioribus, subscariosis, patentibus.

Elytriculi florum *radiantes*, feminei, lingulati, patuli; *centrales*, monoclini, tubulati: ore 5-fido.

Discus communis, paleaceus.

Semina, fertilia omnia, membranulâ coronata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia. Quæd. Leyser. Linn.

Obs. *Species hæc, præcedentis distincta charactere proprio. Michauxiam diximus, in memoriam DD. Michaux, demonstratoris in horto botanico universitatis Lovaniensis.*

AMELLUS. *Amellie.*

19. CHAR. DIAGN. *Elytriculi marginales* florum, indivisi.

Pappus, simplex, sessilis.

Discus communis, paleaceus,

Semina, omnia fertilia.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, polylepida: squamis imbricatis.

Elytriculi florum *marginales* s. *radiantes*, indivisi, plani, feminei; *centrales*, tubulati, monoclini: ore 5-fido.

Discus communis, paleaceus.

Semina, omnia fertilia. *Ea* feminarum: pappo paleaceo; monoclinorum, pappo sessili, piloso.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

SILPHIUM. *Faux-Chrysanthéme.*

20. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, polylepida, squarrosa.

Pappus, membranaceus, 2-cornis.

Semina monoclinorum, nulla.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, polylepida, imbricato-squarrosa, persistens.

Elytriculi exteriores florum, longissimi, lingulati, feminei, apice dentati; *centrales*, tubulati, monoclini: ore 5-fido.

Discus communis, paleaceus.

Semina feminarum, fertilia, margine membranacea: paleis 2-cornibus; monoclinorum, abortantia.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

Obs. *Silphium solidaginoides* Linn. *ab hac specie excludendum, quòd perigynandam 2-plicem profert*: utraque, 1-sepala, pluripartita &c.

HELIANTHUS. *Hélianthe.*

21. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, polylepida.

Squamæ, apice hiantes.

Pappus, paleis 2, persistentibus semina coronans.

Seminæ monoclinorum, fertilia.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, polylepida, imbricata, subsquarrosa.

Elytriculi marginales florum, neutri, integerrimi, plano-lanceolati; *centrales*, monoclini, tubulati: ore 5-fido.

Discus communis, paleaceus.

Semina, radii florum, nulla; *centri* fertilia: paleis 2. auriculæformibus coronata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

LEPIDOPHORUM. *Porte-Ecaille.*

22. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, globosa.

Semina angulata, squamis s. paleis 4 coronata; omnia fertilia.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, globosa, polylepida: squamis imbricatis.

Elytriculi radium florum formantes, feminei, lineares, lingulati; *centrales* hermaphroditi, tubulati: aggregatione convexi.

Discus communis, convexo-paleaceus.

Semina, omnia fertilia: singula, paleis 4 coronata, quarum 2 in setas desinunt.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia. Quæd. Anthem. Linn.

ANTHEMIS. *Fausse-Camomille.*

23. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, hemisphærica.

Semina, omnia fertilia, membranulâ, coronantur.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, hemisphærica, polylepida.

Squamæ, coarctatæ, in ambitu florum minime membranaceæ.

Elytriculi, *floris radiantes*, s. *exteriores*, feminei, lingulati; *centrales*, monoclini, tubulati: ore plurifido.

Discus communis, paleaceus.

Semina, omnia fertilia, membranulâ ad apicem terminata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia composita.

Obs. *Anthemides omnes hucusque detecti, ad species* 3, *rediguntur, ex indicio naturæ: singulæ, propriæ charactere distinguantur.*

CHAMÆMELUM. *Camomille.*

24. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, hemisphærica.

Discus communis, conico-paleacus.

Semina, omnia fertilia, apice nudo.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, hemisphærica, polylepida: squamis arcte imbricatis.

Elytriculi exteriores s. *marginales* florum, feminei, plani; *centrales*, hermaphroditi, tubulati: ore plurifido.

Discus communis, paleaceus.

Semina, omnia fertilia: apice nudo.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia composita. Quid. Anthemid. Linn.

ACHILLÆA. *Achillée.*

25. CHAR. DIAGN. *Elytriculi* florum *marginales*, pauci, 3-fidi, obcordati.

Semina, omnia, ad apicem periphæriamque nuda.

Folia composita.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, ovata: polylepida: squamis arcte imbricatis.

Elytriculi radii florum, feminei, pauci (4. 5. 6.), lingulati; *centrales*, hermaphroditi, tubulati: ore 5-fido.

Discus communis, paleaceus.

Semina ad apicem & ad periphæriam nuda; omnia fertilia.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia composita.

PTARMICA. *Sternutatoire.*

26. CHAR. DIAGN. *Semina*, omnia fertilia ad eorum periphæriam membranulâ aucta.

Folia simplicia.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, polylepida : squamis imbricatis, conniventibus.

Elytriculi marginem florum occupantes, feminei, lingulati, pauci : singuli, obcordati, 3-fidi : lacinulâ mediâ minore ; *centrales*, hermaphroditi : ore plurifido.

Discus communis, paleaceus.

Semina, omnia fertilia, ad peripheriam membranulâ aucta : apice nudo.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia. Quæd. Achill. Linn.

ANACYCLUS. *Anacycle.*

27. CHAR. DIAGN. *Semina*, omnia fertilia, ea radii, lateribus membranacea.

Discus communis, paleaceus.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, polylepida, hemisphærica : squamis imbricatis, acutis.

Elytriculi ambitûs florum, feminei, lingulati ; *centri*, hermaphroditi, tubulati : ore 5-fido.

Discus communis, paleaceus.

Semina radii, compressiuscula, lateribus membranacea ; apice emarginato, nudo ; omnia fertilia.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia composita.

Obs. *Anacycli, discum exhibentes nudum seu paleis carentes, ab hac specie excludendi : hinc, species naturalis distincta, anacycli proxima, cui congruum nomen imponendum.*

TRIDAX. *Tridier.*

28. CHAR. DIAGN. *Elytriculi*, in circuitû florum, 3-partiti.

Pappus seminum, setaceus, radiatim expansus.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, polylepida, cylindrica : squamis imbricatis.

Elytriculi circuitum florum occupantes, feminei, lingulati,

tulati, 3-partiti; *centrales*, monoclini, tubulati: ore 5-dentato.

Discus communis, paleaceus; semina omnia fertilia: pappo setaceo, radiatim expanso.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

ZOEGEA. *Zoégée.*

29. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ, muticæ, margine ciliatæ.

Discus communis, setosus.

Semina centralia, fertilia; *marginalia*, nulla.

Pappus, setosus.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, polylepida.

Squamæ, muticæ, imbricatæ, margine ciliatæ.

Elytriculi in circuitu florum, neutri, lingulati; in centro, monoclini, tubulati: limbo æqualiter diviso.

Discus communis, setosus.

Semina florum *exteriora*, nulla; *interiora*, fertilia, pappo setaceo terminata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

BRAUNERIA.* *Braunere.**

30. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, polylepida.

Discus communis; convexo planus, paleaceus.

Semina marginalia, nulla; *centralia*, coronulâ dentatâ terminata.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, polylepida: squamis gradatim incumbentibus.

Elytriculi in florum *circumductu* plani, neutri; in centro, monoclini, tubulati: ore 5-fido.

Discus communis, convexo-paleaceus.

Semina, ad periphæriam florum, nulla; ad *centrum*, fertilia, coronulâ dentatâ terminata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia. Quæd. Rudbeck. Linn.

RUDBECKIA. *Rudbecke.*

31. CHAR. DIAGN. *Perigynanda* 2-3-plex: utraque, 1-ſepala, pluripartita.

Semina florum *centralia*, mutica, fertilia; *marginalia*, nulla.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, 2-plici, 3-plicive ordine: ſingulæ 1-ſepalæ, pluripartitæ.

Elytriculi in circuitu florum, neutri, lingulati; in *centro*, monoclini, tubulati: ore 5-dentato.

Diſcus communis, conico-paleaceus.

Semina ad periphæriam, nulla; ad centrum florum, fertilia mutica.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.

MUTISIA. *Mutiſe.*

32. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, cylindrica, polylepida.

Elytriculi radii, 8; ſetæ, ad Baſin antherarum, decurrentes.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, cylindrica, polylepida, imbricata.

Elytriculi in circuitu florum, lineares, 8, feminei, plano-lingulati; in centro, monoclini, tubulati: ore 5-fido.

Setæ, ad Baſin antherarum vaginalium, decurrentes.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, pappo plumoſo coronata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.

ZINNIA. *Zinnée.*

33. CHAR. DIAGN. *Discus communis*, paleaceus.
Paleæ, deciduæ.
Elytriculi radiantes, 5, integri, persistentes, plano-lingulati.
Semina in ambitu florum exaristata, mutica; in centro, 2 aristata; omnia fertilia.
CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.
Perigynanda communis, polylepida, imbricata: squamis arcte incumbentibus, persistentibus.
Elytriculi, ambitûs florum, feminei, 5, integri, plano-lingulati, persistentes; *centri*, monoclini, tubulati: ore pluri-fido.
Discus communis, paleaceus.
Semina omnia fertilia; ad centrum posita, pappo 2-aristato coronata; ad circuitum, pappo nullo.
Paleæ seminibus interpositæ, deciduæ, lingulatæ.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia simplicia.

EUPTHALMUM. *Œil de Bœuf.*

34. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, polylepida: squamis imbricatis.
Semina radii, ad apicem membranacea; centri, ad latera marginata; omnia fertilia.
CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.
Perigynanda communis, polylepida, imbricata, squamis imbricatis.
Elytriculi ad peripheriam florum, lingulati, feminei, patuli, apice dentati; ad centrum, tubulati, monoclini, 5-fidi.
Discus communis, paleaceus.
Semina, radii, ad apicem membranulâ aucta; centri ad latera marginata; omnia fertilia.
Proles in hac specie, caulescences.
Semina simplicia.

ATHALMUM. * *Faux-œil de Bœuf.* *

35. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, 2-plex: utraque, 1-fepala, pluripartita.

Semina, omnia fertilia; radii, apice marginato; centri, latere utrinque marginato.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, ordine 2-plici: ordo uterque 1-fepalus, pluripartitus.

Elytriculi radium florum formantes, lingulati, feminei, apice dentati; *centrales*, monoclini, tubulati: ore 5-fido.

Difcus communis, paleaceus.

Semina, omnia fertilia, ad periphæriam floris apice marginata; ad centrum, utrinque latere marginata.

Proles in hac fpecie, caulefcentes.

Folia fimplicia. Quæd. Bupthalm. Linn.

ODONTOSPERMUM. * *Odontoſperme.* *

36. CHAR. DIAGN. *Semina*, omnia fertilia: fingula denticulis coronantur; *latera*, utrinque nuda.

Perigynanda, polylepida.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, polylepida: fquamis imbricatis.

Elytriculi radium conftituentes, feminei, patentes, plano-lingulati, apice dentati; *ii centri*, hermaphroditi, tubulati: ore 5-fido.

Difcus communis, paleaceus.

Semina, omnia fertilia, denticulis coronata: latere utrinque nudo.

Proles in hac fpecie, caulefcentes.

Folia fimplicia. Quæd. Bupth. Linn.

CHRYSANTEMUM. *Chryſanthème.*

37. CHAR. DIAGN. *Semina*, omnia fertilia: ſingula membranulâ coronata.

Diſcus communis, nudus.

Folia compoſita.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, hemisphærica, polylepida.

Squamæ, margine membranaceæ, imbricatæ.

Elytriculi radii florum, lingulati, feminei, plures; *centri*, hermaphroditi, tubulati: ore 5-fido.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, membranulâ breviſſimâ coronata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia compoſita.

LEUCANTHEMUM. *Faux-Chryſanthème.*

38. CHAR. DIAGN. *Semina*, fertilia omnia, apice nuda.

Squamæ perigynandæ, ſubſcarioſæ.

Folia ſimplicia.

CHAR PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, hemisphærica, polylepida, imbricata: ſquamis ſubſcarioſis.

Elytriculi in ambitû florum, plani, feminei, lanceolati, patentes; *in centro*, tubulati, monoclini: ore 5-fido.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, apice nuda.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Chryſ. Linn.

Obſ. *Dantur proles, quarum ſemina, apice marginata.*

MYCONIA.* *Mycone.**

39. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, simplex, 1-sepala, plurifida: laciniis æqualibus, apice scariosis.

Semina coronulâ breviſſimâ terminantur.

Folia ſimplicia.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, ſimplex, 1-ſepala, plurifida: laciniis æqualibus parallelis, apice ſcariosis.

Elytriculi ambitûs florum, feminei, plani ſ. linguiati, 3-dentati; *centri*, hermaphroditi, tubulati: ore 5-fido.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, coronulâ membranacea terminata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Chryſanth. Linn.

ERIGERON. *Fauſſe-Verge d'Or.**

40. CHAR. DIAGN. *Elytriculi radiantes*, anguſti, lineares, ſæpius integri.

Diſcus, nudus.

Semina pappo piloſo coronata.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, varie figurata, imbricata; cujus ſquamæ, ſubulatæ, gradatim longiores, erectæ.

Elytriculi radiantes, anguſti, lineares, feminei, lingulati, ſæpius integerrimi; *centrales*, monoclini, infundibuliformes: limbo 5-fido.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia.

Pappus ſemina coronans, piloſus.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

Obſ. *Species hæc naturalis, Pinardiæ proxima, cujus affinis.*

ŒDERA. *Œdera.**

41. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, polyphylla, ſquarroſa, partiales continens.

Diſcus, paleaceus.

Semina pappo paleaceo coronata.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, polyphylla, ſquarroſa, partiales includens.

Perigynanda propria elytriculum ſingulum recipiens, pluriphylla.

Elytriculi ſtamiriferi, peripheriam centrumque fructificationis occupantes, feminei, lingulati, plani. *Alii* in centro, monoclini, tubulati, 5-fidi.

Diſcus communis, paleaceus.

Semina, omnia fertilia, pappo paleaceo coronata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

ARCTOTIS. *Ourſine.*

42. CHAR. DIAGN. *Diſcus*, lanato-paleaceus.

Elytriculi marginales florum, feminei, lingulati, ſteriles; *centrales*, fertiles, tubulati.

Semina foliolis coronata.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, polylepida, imbricata: ſquamis laxis, apice ſcariosis.

Elytriculi ambitûs florum, feminei, lingulati, ſteriles; *centri*, monoclini, tubulati, fertiles: ore 5-fido.

Diſcus communis, lanatus & paleaceus.

Semina ad peripheriam fructificationis nulla; ad centrum, fertilia.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

Obſ. *Species præcedens*, (Œdera), *odontoſpermis proxima, cujus affinis.*

SPERMOPHYLLA.* *Spermophylle.**

43. CHAR. DIAGN. *Discus communis*, lanato-paleaceus.

Elytriculi marginales florum plani, feminei, fertiles; *centrales*, steriles tubulati.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, imbricata, polylepida: squamis inferioribus, patulis; summis, scariosis.

Elytriculi ad circuitum florum, feminei, plani, fertiles; ad centrum, monoclini, tubulati, steriles: ore 5-fido.

Discus communis, lanato-paleaceus.

Semina marginalia, fertilia: foliolis coronata; *centralia*, abortantia s. nulla.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia. Quæd. Arct. Linn.

Obs. *In hac & præcedenti specie, discum lanatum; aliæ paleaceum suppeditant.* Earum proles.

MATRICARIA. *Matricaire.*

44. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, polylepida.

Squamæ terminales, cæteris solidiores.

Semina, omnia fertilia: apice nudo.

Discus, nudus.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, polylepida, hemisphærica; squamis imbricatis; eæ terminales cæteris solidiores.

Elytriculi circuitûs florum, feminei, lingulati, 3-dentati, *centri*, monoclini, tubulati: ore 5-fido.

Discus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia: apice nudo.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia composita. Quæd. etiam Chrys. Linn.

OSMITES. *Osmite.*

45. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, ſcarioſa.
Diſcus communis, paleaceus.
Elytriculi radiantes, lineares.
Semina, ad marginem florum, abortiva.
CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.
Perigynanda communis, polylepida, imbricata: ſquamis ſcariosis.
Elytriculi in periphæria florum, feminei, lingulati, lineares; in centro, monoclini, tubulati: ore 5-fido.
Diſcus communis, paleaceus.
Semina feminarum, abortantia; hermaphroditorum, oblonga, fertilia: apice nudo.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.

ERIOCEPHALUS. *Eriocéphale.*

46. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, 2-plex; *lanugo* inter utramque.
Corpuſcula 2 baſi perigynandæ interioris.
CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.
Perigynanda communis, 2-plici ordine: ordo uterque 1-ſepalus.
Exterior & *interior* laciniis 5 æqualibus.
Lanugo inter utramque perigynandam.
Corpuſcula 2 ad Baſin perigynandæ interioris.
Elytriculi ad circumferentiam florum, feminei, 5, ſinguli plani, 3-lobati; ad centrum, monoclini, tubulati: ore 5-fido.
Diſcus communis, villoſuſculus.
Semina feminarum fertilia: apice nudo: monoclinorum, abortiva ſ. nulla.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.

ARNICA. *Arnic.*

47. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, simplex, I-fepala.

Semina, fertilia omnia: pappo pilofo.

Difcus, nudus.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, I-fepala, fimplex, pluripartita: fegmentis linearibus.

Squamulæ ad hujus Balin, nullæ.

Elytriculi radium florum formantes, lineares, feminei, plano-lingulati: apice dentato; *centrales*, monoclini, tubulati: ore 5-fido.

Difcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, pappofa: pappis pilofis.

Proles in hac fpecie, fcapofæ.

Folia fimplicia. Quæd. etiam Doronic. Linn.

DORONICUM. *Doronic.*

48. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, 2-plex: utraque I-fepala, pluripartita.

Difcus, villofus.

Semina in periphæriâ florum, nuda, omnia fertilia.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, 2-plici ordine: uterque ordo I-fepalus, ad Balin ufque, pluripartitus.

Accefforium ad Balin utriusque perigynandæ, nullum.

Elytriculi radii florum, feminei, plano-lingulati; *centri*, monoclini, tubulati: ore 5-fido.

Difcus communis, villofus.

Semina in ambitu, nuda, in centro, pappofa: pappo pilofo; omnia fertilia.

Proles in hac fpecie, caulefcentes.

Folia fimplicia.

Obf. *Arnica*, *Doronicum & Aronicum*, *fpecies 3 naturales inter Tuffilaginem & Othonnam*, *media*.

ARONICUM.* *Faux-Doronic.**

49. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, ſimplex & 2-plex.

Semina, omnia pappoſa, fertilia.

Diſcus, nudus.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, 1 & 2-plex, 1-ſepala, pluripartita.

Acceſſorium ad hujus Baſin, nullum.

Elytriculi peripheriam florum formantes, feminei, linguiati, plani; cæteri *centrales*, monoclini, tubulatiore 5-fido.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, pappoſa, pappo piloſo.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Arnic. Linn.

PERDICIUM. *Fauſſe-Aunée.**

50. CHAR. DIAGN. *Elytriculi marginales*, linguiati, 3-5-dentati; *centrales*, labiatiformes.

Semina, fertilia omnia, pappis piloſis.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, 1-ſepala, ſimplex, oblonga, pluripartita: laciniis erectis, lanceolatis.

Elytriculi, ambitûs florum, plani, feminei, 3-5-dentati, inæquales; *centri*, monoclini, labiatiformes.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, pappeſcentia: pappo ſeſſili, piloſo.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

IDICIUM.* *Idicée.*

51. CHAR. DIAGN. *Elytriculi* omnes florum, lingulati, plani.

Diſcus communis, nudus. Scapoſum.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, 1-ſepala, ſimplex plurifida: laciniis æqualibus.

Elytriculi omnes, florem formantes, lingulati.

Exteriores ſ. *marginales*, feminei, centrales hermaphroditi: ore 5-fido.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, pappeſcentia: pappo ſeſſili ſimplici ſ. piloſo.

Proles in hac ſpecie, ſcapoſæ.

Folia ſimplicia. Quæd. Perdic. Linn.

ANECIO.* *Faux-Cinéret.*

52. CHAR DIAGN. *Perigynanda communis*, 1-ſepala, pluri-partita, cylindrica.

Squamulæ baſi ſphacelatæ.

Pappus ſeminum fertilium, piloſus.

CHAR. PEC.. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, cylindrica, 1-ſepala, pluri-partita, ſimplex: ſegmentis contiguis.

Squamulæ acceſſorii-formes baſi perigynandæ poſitæ, apice ſphacelatæ.

Elytriculi radium formantes, plani, feminei apice dentati, *centrales*, monoclini, tubulati: ore 5-fido.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia pappeſcentia, pappo piloſo.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Senec. & Ciner. Linn.

Obſ. *Omnes vegetabilium proles, radio carentes, quæ Senecioni Linnæo annumerantur, ad ſiphoniphyta pertinent, ratione ejuſdem ſtructuræ floſculorum* ſ. *elytriculorum qui uniformes ſunt.*

CINERARIA. *Cinéret.*

53. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, simplex, 1-sepala, pluripartita.

Squamulæ ad hujus Basin sphacelatæ, nullæ.

Semina omnia fertilia; papposa.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, 1-sepala, simplex, pluripartita: laciniis contiguis.

Squamulæ hujus Basin occupantes (si adsint,) nullæ.

Elytriculi ad circuitum florum, feminei, plano-lingulati; ad centrum, monoclini, tubulati: ore 5-fido.

Discus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, pappo piloso coronata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

Obs. *Limites inter Aneciotem & Cinerariam, vix existere queunt, quoniam ex legibus Systematis omologici, affinitas summa, inter proles diversas utriusque speciei naturalis recensitæ.*

HELENIUM. *Hélénée.*

54. CHAR. DIAGN. *Discus*, nudus.

Semina, omnia fertilia, pappis brevibus, paleaceis.

Perigynanda, simplex, pluripartita.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, simplici ordine, 1-sepala, pluripartita: laciniis patentibus.

Elytriculi, periphæriam florum occupantes, feminei, plano-lingulati, lineares, 3-fidi; ad *centrum* positi, hermaphroditi, tubulati: ore 5-fido.

Discus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, papposa, pappis paleaceis, brevibus, coronulam simulantibus terminata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

NIEBUHRIA. *Niebuhrie.*

55. CHAR. DIAGN. *Discus*, paleaceus.

Semina, feminarum, fertilia, coronulâ dentatâ instructa, monoclinorum, sterilia s. nulla.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, simplex, 1-sepala, pluripartita: laciniis æqualibus, linearibus.

Elytriculi marginales s. *exteriores* florum, feminei, lingulati.

Alii centrales, hermaphroditi, tubulati: ore 5-fido.

Discus communis, quo semina elevantur, paleaceus.

Semina, feminarum, quæ fertilia, coronulâ brevi, dentatâ, decidua, instruuntur; hermaphroditorum, sterilia s. abortiva.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

WEDELIA. *Wedele.*

56. CHAR. DIAGN. *Discus communis*, paleaceus.

Semina radii fertilia, apice setacea; centri, abortantia.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, simplex, 1-sepala, 4-partita, persistens.

Elytriculi ad circuitum florum, feminei, emarginati, lingulati, plani; ad centrum, hermaphroditi, tubulati, tetrarini.

Discus communis, paleaceus.

Semina radii fertilia, pappis 10 setaceis coronata; monoclinorum sterilia s. nulla.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia. Quæd. Polym. Linn.

ALYMNIA.* *Faux-Polymnier.**

57. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, simplex, 1-sepala.

Discus, paleaceus.

Semina feminarum, apice nuda, fertilia; alia, abortiva.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, simplex, 1-sepala, 4-fida: laciniis ante floris explicationem approximatis, dein remotis: singulæ, cordatæ.

Elytriculi, ambitum florum occupantes, feminei apice 3-dentati, plani s. lingulati, *ii centri*, monoclini, tubulati, 5-fidi.

Discus communis, paleaceus: paleis facile deciduis.

Semina radii, fertilia, apice nuda, alia abortiva.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia. Quæd. Polymn. Linn.

POLYMNIA. *Polymnier.**

58. CHAR. DIAGN. *Perigynanda commmnis*, 2. 3-plexve: singulæ, 1-sepalæ, pluripartitæ.

Discus communis, paleaceus.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, 2-plex & 3-plex: utraque, 1-sepala, pluripartita.

Elytriculi ad circumferentiam florum siti, feminei, plano-lingulati; ad centrum, hermaphroditi, tubulati, 5-fidi.

Discus communis, paleaceus.

Semina feminarum apice nuda, fertilia; monoclinorum, abortantia.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

ATHRONIA.* *Athronée.**

59. CHAR. DIAGN., ſimplex, I-ſepala, pluripartita.
Semina, omnia fertilia.
Pappus, ariſtatus.
Diſcus, paleaceus.
CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.
Perigynanda communis, ſimplex, I-ſepala, pluripartita: ſegmentis pluribus.
Elytriculi ambitûs florum, pauci, plani, lingulati, feminei; *centri*, hermaphroditi, tubulati: ore 4-fido.
Diſcus communis, paleaceus.
Semina, omnia fertilia, ariſtis coronata.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia. Quæd. Cotulæ & Spilanth. Linn.
Obſ. *Athronia noſtra, cum Spilantho Linn. confuſa, ab hac ſpecie excludenda, ratione diſcrepantiæ in proprio charactere.*

ECLIPTA. *Ecliptée.**

60. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, ſimplex, I-ſepala.
Diſcus, paleaceus.
Semina omnia fertilia, apice nuda.
CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.
Perigynanda communis, ſimplex, I-ſepala, ad Baſin uſque diviſa, perſiſtens.
Elytriculi ambitum florum conſtituentes, plani, lingulati, feminei, copioſi, *ii* centrum occupantes, monoclini, tubulati, 4-5-fidi, 4-arini.
Diſcus communis, paleaceus.
Semina, omnia fertilia, mutica ſ. apice nudo.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia. Quæd. etiam Verberſinæ Linn.

VERBESINA.

VERBESINA. *Verbésine.*

61. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, 2-plex; utraque 1-sepala, pluripartita.

Semina, omnia fertilia: apice aristato.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, 2-plex: utraque 1-sepala, pluripartita.

Exterior, patens, *interior*, erecta, contigua.

Elytriculi ad circuitum florum, feminei, pauci, plano-lingulati; ad centrum, monoclini, tubulati: ore 5-fido.

Discus communis, paleaceus.

Semina radii centrique fertilia, apice aristata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

ABESINA. *Abésine.*

62. CHAR DIAGN. *Perigynanda communis*, polylepida.

Discus paleaceus.

Semina, omnia fertilia, aristis coronata.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, hemisphærica polylepida: squamis imbricatis.

Elytriculi s. flosculi ad marginem s. exteriorem florum fiti, plano-lingulati, feminei; ad centrum, monoclini, tubulati, 5-fidi.

Discus communis paleaceus.

Semina, omnia fertilia, aristis coronata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia. Quæd. Verbesin. Linn.

COREOPSIS. *fausse-Verbésine.*

63. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, 2-plex,

Exterior, patens; 1-sepala, pluripartita.

Semina marginalia s. radii, abortiva; *centralia*, fertilia, apice aristata.

CHAR. PECUL. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, 2-plex. *Exterior*, 1-sepala, patula, pluripartita; *interior*, plurisepala: sepalis erectis.

Elytriculi ad circumferentiam florum, lingulati, feminei; ad centrum, tubulati, hermaphroditi, 5-fidi.

Discus communis, paleaceus.

Semina radii, abortiva; *centri* fertilia: apice aristato.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

ACISPERMUM. *Pique-sperme.*

64. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, simplex.

Accessorium ad ejus basin, minus.

Semina, radii, abortantia; *centralia*, fertilia: apice aristato.

CHAR. PECUL. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, simplex, 1-sepala: laciniis erectis; ejus basis accessorio minore, persistente, patuloque, munita.

Elytriculi radium florum formantes, feminei, plani, lingulati; *ii* ad centrum, monoclini: ore pluridentato.

Discus communis, paleaceus.

Semina feminarum, abortantia; monoclinorum, fertilia, aristis terminata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia composita. Quæd. Coreops. Linn.

TAGETES. *Indœillet.*

65. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, cylindrica, 1-sepala, 5-gona.

Elytriculi feminei, persistentes.

Pappus seminum, aristatus.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, simplex, 1-sepala cylindrica, apice dentata, 5-gona.

Elytriculi ad ambitudinem florum positi, feminei, lingulati, persistentes; *ii* ad centrum, tubulati, monoclini, 5-fidi.

Discus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, linearia, compressa: pappis inæqualibus, aristatis.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia composita.

WULFFIA. *Wulffée.*

66. CHAR. DIAGN. *Elytriculi radiantes*, neutri.

Achenæ disco insidentes-globosæ, 1-spermæ.

Perigynanda 2-plex.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, persistens, 2-plex: utraque 1-sepala, pluripartita.

Elytriculi ambitudinis florum, lingulati, 3-dentati, neutri; *ii* centrum occupantes, hermaphroditi, tubulati, monoclini, 5-fidi.

Discus communis, paleaceus.

Achenæ globosæ, 1-spermæ; perigynandâ maturescente eum globis ita consociatur, ut rubi fructum simulet.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia. Quæd. Coreops. Linn. suppl.

Obs. Villarsia *inter aciospermum & tagetem species media.*

PECTIS. *Pectin.*

67. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, simplex, cylindrica, 1-sepala.

Elytriculi feminei 5.

Semina omnia fertilia, apice aristata.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, simplex, 1-sepala, cylindrica, 5-partita: laciniis linearibus.

Elytriculi ad circumferentiam florum siti, feminei, lingulati, plani, 5, lineares; ad centrum, hermaphroditi, tubulati: ore 5-fido.

Discus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia: pappo aristato.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

CHRYSOGONUM. *Chryſogone.*

68. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, ſimplex, 1-ſepala, pluripartita.

Semina, radii fertilia, paleis involuta; *centralia*, abortiva.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, ſimplex, 1-ſepala, 5-partita, patula.

Elytriculi radium florum formantes, lingulati, plani, feminei, 5-apice bruncato-dentati; *ii* centrum formantes, monoclini, 5-fidi.

Diſcus communis, paleaceus.

Semina feminarum, fertilia, ſquamulis coronata, paleiſque involuta; *ea* hermaphroditorum, abortantia ſ. nulla.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

MELAMPODIUM. *Mélampier.* *

69. CHAR. DIAGN. *Diſcus*, paleaceus.

Semina, radii fertilia, ſquamulâ valviformi coronata; centri, abortiva.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, ſimplex; 1-ſepala, 5-partita: laciniis patentiſſimis.

Elytriculi marginem florum occupantes, feminei, lingulati, plani; *ii centrales*, monoclini tubulati, 5-fidi.

Diſcus communis, paleaceus.

Semina feminarum, fertilia, ſquamulâ ſolitariâ, valvuliformi coronata; hermaphroditorum, abortiva ſ. nulla.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

BELLIUM. *Bellie.* *

70. CHAR. DIAGN. *Laciniæ* perigynandæ, cymbiformes.

Semina, omnia fertilia, foliolis paleaceis 8, tot ariſtis coronata.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, simplex, I-sepala : laciniis cymbiformibus, æqualibus.

Elytriculi exteriores florum, feminei, ovales, plani; *centrales*, monoclini, tubulati : ore 5-fido.

Discus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, paleis 8, aristisque 8 coronata.

Proles in hac specie, scaposæ.

Folia simplicia.

LIDBECKIA.* *Lidbecke.**

71. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, simplex, I-sepala.

Semina omnia fertilia; *centralia*, apice nuda; *ea* in circuitu floris, pappo marginato coronata.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, simplex, I-sepala, pluripartita : laciniis contiguis.

Elytriculi radii florum, lingulati, feminei, lineares; *ii* centri, monoclini, tubulati, 5-fidi.

Discus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia; *ea* feminarum, pappo marginato; monoclinorum, apice nudo.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia. Quæd. Cotul. Linn.

PARTHENIUM. *Uterifere.**

72. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, simplex.

Discus, paleaceus.

Semina masculorum, sterilia, paleis uteriformibus inclusa; feminarum, fertilia.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, simplex, I-sepala, 5 partita : laciniis æqualibus.

Elytriculi ad ambitum florum, 5, feminei, obliquo-subrotundi : linguli, maribus 2 lateralibus : femina unica intermedia.

Elytriculi ad centrum locati, masculi, tubulati.

Discus communis, palaceus.

Semina feminarum, fertilia, turbinato-cordata, plana; masculorum sterilia, paleis uteriformibus inclusa.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

OSTEOSPERMUM. *Porte-collier.* *

73. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, simplex, 1-sepala.

Semina radii, fertilia, indurato-globosa; ea centri, abortiva s. nulla.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis simplex, 1-sepala, pluripartita, cujus bali squamulæ accessoriiformes sæpe adduntur.

Elytriculi ad circuitum florum, feminei, longi, apice 3-dentati, lingulati; ad centrum, 5-fidi, tubulati, monoclini.

Discus communis, nudus.

Semina, feminarum fertilia, indurato-globosa, non papposa; monoclinorum, nulla.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

MILLERIA. *Millere.* *

74. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, simplex.

Discus, nullus.

Semina radii fertilia, 3-quetra, nuda; ea centri, abortiva.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, simplex, 1-sepala, 2-3-partita, connivens: laciniis inæqualibus.

Elytriculi radium florum formantes, feminei, lingulati, apice emarginati; monoclini, tubulati: ore 5-fido.

Discus communis, nullus.

Semina seminarum, nuda, 3-quetra, fertilia; monoclinorum, abortantia.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.

CALENDULA. *Souci.*

75. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, ſimplex, 1-ſepala.

Semina feminarum, echinata, incurva, fertilia: monoclinorum, abortantia.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, ſimplex, 1-ſepala, pluripartita: laciniis linearibus.

Elytriculi, circumferentiæ florum, feminei, planolingulati, apice 3-dentati, *ii* centri, tubulati, monoclini, 5-fidi.

Diſcus communis, nudus.

Semina feminarum, fertilia, incurva, echinata; monoclinorum, abortiva.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.

GATTENHOFFIA. *Gattenhoffie.*

76. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, ſimplex, 1-ſepala.

Semina, omnia fertilia, apice nuda.

Diſcus, nudus.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, ſimplex, 1-ſepala, pluripartita.

Elytriculi ad circuitum florum, feminei, lingulati, plani; ad centrum, monoclini, tubulati, 5-fidi.

Diſcus communis, nudus.

Semina, feminarum, oblonga, angulata; monoclinorum, plana, omnia fertilia.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Calend. Linn.

LESTIBODEA.* *Leſtibode.*

77. CHAR. DIAGN. *Laciniæ*, elytriculorum centralium, patulæ cuculiatæ.

Semina, omnia fertilia; feminarum, apice nuda monoclinorum ad latus alata ſ. marginata.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, ſimplex, 1-ſepala, pluripartita, perſiſtens.

Elytriculi radii florum, feminei, lingulati; *ii* centri, monoclini, tubulati: laciniis patulis, cucullatis.

Diſcus communis, nudus.

Semina, feminarum, angulata, apice nuda; monoclinorum, compreſſa, latere utrinque marginata ſ. alata: apice nudo.

Proles in hac ſpecie, ſcaboſæ.

Folia ſimplicia. Quæd. Calend. Linn.

SIGESBECKIA. *Sigesbeckie.*

78. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, 2-plex; utraque 1-ſepala.

Elytriculi radii 5 breviſſimi.

Diſcus, paleaceus.

Semina, omnia fertilia, apice nuda.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, 2-plex: utraque, 1-ſepala; *exterior*, perſiſtens, glandulifera, pluripartita: laciniis linearibus, teretibus, patentiſſimis; *interior*: laciniis æqualibus, ovatis, concavis.

Elytriculi radiantes, feminei, breviſſimi, 5 lati, ad alterum latus locati, 3-dentati; *centrales*, monoclini, tubulati, perigynandam interiorem excedentes: ore 5-fido.

Diſcus communis, paleaceus.

Semina, omnia fertilia, apice nuda.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

LOCHERIA.* *Locherie.*•

79. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, simplex, 1-sepala.

Discus, nudus.

Semina, omnia fertilia, paleis 2 obvoluta.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, simplex, 1-sepala, pluripartita.

Elytriculi, ambitûs florum, longi, feminei, solitarii, lingulati; *ii* centri, monoclini, numerosi, 5-fidi.

Discus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, nuda, singula paleis 2 obvoluta.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia. Quæd. Sigesbeck. Linn.

BELLIS. *Margueritte.*

80. CHAR. DIAGN. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, simplex.

Discus, nudus.

Semina, omnia fertilia, apice nuda, obcordata.

Speciei proles, scaposæ.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, simplex, 1-sepala, pluripartita: laciniis æqualibus, contiguis.

Elytriculi ad ambitum florum siti, lingulati, feminei; ad centrum, monoclini, tubulati: ore plurifido.

Discus communis, nudus, conicus.

Semina, omnia fertilia, apice nuda, plano-cordata.

Proles in hac specie, scaposæ.

Folia simplicia.

KYBERIA.* *Kybere.**

81. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, ſimplex.
Semina, omnia fertilia, apice nuda. *Cauleſcentes proles.*
CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.
Perigynanda communis, ſimplex 1-ſepala, pluripartita: ſegmentis, æqualibus contiguis.
Elytriculi radium ad circuitum florum conſtituentes, lingulati, feminei; ad centrum, monoclini, tubulati, 5-fidi.
Diſcus communis, nudus.
Semina, omnia apice nuda, fertilia, planiuſcula.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia. Quæd. Bellid. Lin.

UNXIA. *Unxie.*

82. CHAR. DIAGN. *Elytriculi* ad circumferentiam florum, 5, feminei; ad centrum, 5, maſculi.
Semina radii fertilia.
CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.
Perigynanda communis, ſimplex, 1-ſepala, ſubrotunda, 5-partita.
Elytriculi ad circumferentiam florum, 5, feminei, plani, lingulati; ad centrum, maſculi, 5, tubulati: ore 5-fido.
Diſcus communis, nudus.
Semina, radii fertilia; minime pappoſa; centri, nulla.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.
Obſ. I. *Unxia, quæ ſpecies ſimplex, inter locheriam & bellidem media.*
Obſ. II. *Enula, ſolidago, pinardia, petaſites, aſitea, tuſſilago, othonna, gorteria, moehnia, leyſeria, atractylis, ſilphium, amellus, helianthus, chamæmelum, anacyclus, achillea, ptarmica, zoegea, brauneria, rudbekia, zinnia, bupthalmum, athalmum, odontoſpermum, aſanthemum, leucathemum, chryſanthemum, arctotis, ſpermophylla, matricaria, perdicium, oſmites, arnica, doroni-*

eum, anecio, cyneraria, polymnia, athronia, eclypta, verbesina, abesina coreopsis, tagetes, acispermum, pectis, melampodium, lidbeckia, parthenium, ostespermum, milleria, calendula & lestibodea tot species immortales distinctae, quarum singulae, compositae. Cæteræ, in *hoc genere recensitæ,* uti *chrysogonum, bellium, helenium, niebuhria, wedelea, alymnia, idicium, eriocephalus, myconia, œdera, mutisia, tridax, anthemis, michauxia, barnadezia, lioydia,* &c. *monstrant species naturales quæ, in unica prole mortali etiamnunc consistunt, itaque simplices illæ.*

II. *GENUS.*

GLOSSARIPHYTUM.

TABULA II.

CHARACTER DIAGNOSTICUS.

Flos, elytriculis vaginuliferis similiter lingulatis, imbricatim dispositis, constans.

Antheræ, in vaginulam connexæ : filamentis liberis.

Discus communis, cui insidet fructificatio, figurâ, varius.

CHARACTER UNIVERSALIS.

Flos composito-lingulatus *fig.* 1.

Perigynanda communis, polylepida & monosepala : polylepida : squamis imbricatis *fig.* 2, altera monosepala pluripartita, patentissima *fig.* 9 ; alia gibboso-pluripartita : laciniis coarctatis, cujus basi squamulæ *fig.* 3 & *fig.* 10, &c.

Elytriculi vaginuliferi florem constituentes, æqualiter lingulati *fig.* 4: singuli, hermaphroditi, a centro ad peripheriam, imbricatiformes (*fig.* 1).

Stamina, quinque, parietibus elytriculorum adnata (*fig.* 6 à *Tab.* I).

Pistillum : apice simplici s. bifido *fig.* 5.

Discus communis, fructificationis, conicus, planus subrotundus : superficie pilosâ, paleaceâ & nudâ. *Tab.* I. *fig.* 20. 21. *Tab.* III. *fig.* 22.

Pappus seminum, pilosus, sessilis *T.* I. *fig.* 8. Alius stipitatus *Tab.* I. *fig.* 8. a ; pennatus *Tab.* I. *fig.* 9. & 9. a ; pappus plumosus sessilis *fig.* 13 ; setaceus. *Tab.* I. *fig.* 10 ; alius paleaceus : pappis coronulam antiquam simulantibus *Tab.* III. *fig.* 18 : in quibusdam speciebus, pappus denticu-

latus. *Tab.* II. *fig* 6; alius piloso-paleaceus, expansus *fig.* 7; alius paleotridentatus *fig.* 8. Paleæ lineares *fig.* 14; aliæ tridentatæ *fig.* 15.

Semina, falcato-incurva, nuda *fig.* 11; alia fusiformia *fig.* 12, &c.

Species naturales in hoc genere, caulescentes & scaposæ.

Folia, simplicia & composita.

CLAVIS.

Species naturales generis Glossariphytorum flosculos uniformes exhibent.

Perigynanda polylepida.

- Pappo Seminum piloso.
- P. Sem. pennato s. plumoso.
- P. Sem. paleaceo.
- P. Sem. denticulato.

Perigynanda simplicis & duplicis ordinis.

- P. Sem. piloso s. simplici.
- P. Sem. membranulaceo.
- P. Sem. setaceo, ciliatoque.
- P. Sem. plumoso s. pennato.
- P. Sem. paleaceo.
- P. Sem. paleaceo piloso-que.
- P. Sem. denticulato.
- P. Sem. nullo.

SPECIES NATURALES
GLOSSARIPHYTORUM.

LACTUCA. *Laitue.*

83. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, polylepida.

Squamæ margine ſubſcarioſæ.

Pappus ſeminum, ſtipitatus, piloſus.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, polylepida: ſquamis margine ſubſcarioſis.

Elytriculi, omnes monoclini: ſinguli plani apice trunca-to-dentati.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, pappoſa: pappis ſtipitatis piloſis.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quid. etiam Sonch. Linn.

SONCHUS. *Laitron.*

84. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, polylepida.

Squamæ interiores, parallelæ.

Pappus ſeminum, piloſus, ſeſſilis.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, polylepida.

Squamæ hujus *interiores*, parallelæ, exterioribus longiores.

Cæteræ, imbricatæ.

Elytriculi, omnes hermaphroditi: ſinguli, lineares, plani, apice truncati, pluridentati.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, pappeſcentia: pappo ſeſſili, piloſo.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. etiam Scorzon. Linn.

SCORZONERA. *Scorzonere.*

85. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, polylepida.

Squamæ ſuperiores, cæteris longiores.

Pappus ſeſſilis pennatus.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, polylepida.

Squamæ hujus *ſuperiores*, florem lingulatum tegentes, reliquis longiores contiguæ.

Elytriculi, omnes hermaphroditi; ſinguli, plani, lineares, apice dentato-truncati.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, pappeſcentia: pappo ſeſſili, plumoſo.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

HIERACIUM. *Eperviere.*

86. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, polylepida.

Squamæ ſuperiores, cæteris majores, contiguæ.

Diſcus, nudus.

Semina: pappo piloſo ſeſſili. *Cauleſcentes proles.*

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, polylepida: ſquamis, perſiſtentibus; ſuperiores ſquamæ, cæteris majores, contiguæ.

Elytriculi, omnes monoclini: ſinguli, plani, lineares, truncati: apice dentato.

Diſcus communis nudus.

Semina, omnia fertilia, pappeſcentia: pappo ſeſſili piloſo.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

ARACIUM.* *Fauſſe-Eperviere.**

87. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, polylepida.

Squamæ, imbricatæ.

Diſcus, nudus.

Pappus, ſimplex. *Proles ſcapoſæ.*

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, polyiepida, imbricata, perſiſtens.

Elytriculi, omnes hermaphroditi: ſinguli, plani, apice 3-dentati.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, pappo ſeſſili, piloſo coronata.

Proles in hac ſpecie, ſcapoſæ.

Folia ſimplicia. Quæd. Hierac. Linn.

MIEGIA.* *Miegée.**

88. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, 1-ſepala, pluripartita.

Pappus ſeminum, piloſus, ſeſſilis. *Scapoſæ proles.*

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, 1-ſepala, ſimplex, pluripartita, cujus baſi acceſſorium ſquamuloſum, appreſſiuſculum.

Elytriculi, omnes monoclini: ſinguli, plano-lineares apice truncato-dentati.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, pappo piloſo, ſeſſili coronata.

Proles in hac ſpecie, ſcapoſæ.

Folia ſimplicia. Quæd. Hierac. Linn.

PLANCIA.* *Plancie.**

89. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, polylepida.

Diſcus, villoſus.

Pappus ſeminum, ſeſſilis, plumoſus.

Mo. Bot. Gard.
1897.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, polylepida: squamis, erectis, persistentibus.

Elytriculi, omnes monoclini, plani, apice truncato-dentati.

Discus communis, villosus.

Semina, omnia fertilia, pappescentia: pappo sessili, plumoso.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia. Quæd. Hierac. Linn.

WILLEMETIA.* *Willemetie.**

90. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, simplex, 1-sepala.

Semina, in stipitem attenuata.

Pappus pilosus, margo seminum, membranulis 5 auctus.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, 1-sepala, simplex: segmentis conniventibus; ad defloreſcentiam, deflexis.

Elytriculi, omnes monoclini, plani: ad apicem, dentato-truncati.

Discus communis, punctato-nudus.

Semina, omnia fertilia, in stipitem superne desinentia: pappo piloso.

Margo terminalis seminum, membranulis 5 auctus.

Proles in hac specie, scaposæ.

Folia simplicia.

Obs. I. *Hieracium & Aracium, utraque species distincta, quanquam inter se affines.*

Obs. II. *Hieracia quædam Linnæana caulescentia, perigynandam simplicem exhibentia, cujus basi accessorium squamulosum: pappo sessili piloso, crepidis cha acterem habent. Alia perigynandâ 2-plici ordine, pappoque sessili plumoso, picridi annumerari debent.*

Obs. III. *Discrepantiâ characterum aracii, hieracii, miegiæ, plancïæ & willemetiæ, patet omnia hieracia linnæana, quædam etiam clar. Jacquini, ad species 5 naturam, redegisse.*

HYPOCHÆRIS. *Salade de porc.*

91. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, polylepida.

Semina, in ſtipitem ſuperne deſinentia: pappo plumoſo.

Diſcus, paleaceus.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, polylepida, cujus ſquamæ, a baſi ad medium imbricatæ.

Elytriculi, omnes plani; hermaphroditi, lineares, apice 5-dentati, truncati.

Diſcus communis, paleaceus.

Semina, omnia fertilia, in ſtipitem deſinentia: pappo pennato.

Paleæ ſemina ſeparantes, deciduæ.

Proles in hac ſpecie, ſcapoſæ.

Folia ſimplicia.

CATANANCE. *Cupidone.*

92. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, polylepida.

Pappus, paleo-ſubulatus.

Diſcus communis, ſetaceus.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, polylepida: ſquamis imbricatis.

Elytriculi omnes, monoclini: ſinguli, plani, lineares, apice truncato-dentati.

Diſcus communis, ſetaceus.

Semina, omnia fertilia, paleis ſubulatis, coronulam antiquam formantibus, terminata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

SCOLYMUS. *Jaune-épine.*

93. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, polylepida.

Semina, paleis incluſa, denticuliſque coronata.

Diſcus, paleaceus.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, polylepida, bracteâ polyphyllâ aculeatâ obvolutâ.

Elytriculi, florem compoſitum conſtituentes, monoclini, plani, lineares, apice truncato-dentati.

Diſcus communis, paleaceus, conicus.

Semina, omnia fertilia, paleis dilatatis incluſa.

Apex, cujuſque ſeminis, denticulis breviſſimis munitus.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

SERIOLA. *Sériolée.*

94. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, 1-ſepala, ſimplex.

Pappus, radiato-piloſus.

Semina, ſtipitata.

Diſcus, paleaceus.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis. ſimplex, 1-ſepala, ſtricta, pluripartita, cujus baſi, ſquamulæ appreſſæ.

Elytriculi floris compoſiti, hermaphroditi: ſinguli, plani, dentato-truncati.

Diſcus communis, paleaceus.

Semina, omnia fertilia: pappo piloſo, ſtipitato, radiiformi.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

Obſ. *Species hæc, hypochæridis proxima.*

CREPIS. *Terre-crepe.*

95. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*; 2-plex: *exterior*, perſiſtens & decidua; *interior*, pluripartita.

Pappus, ſeſſilis, piloſus.

Diſcus, nudus.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, 2-plex; *exterior*, acceſſorii-formis, perſiſtens & decidua quandoque; *interior*, 1-ſepala, pluripartita: laciniis contiguis.

Elytriculi floris compoſiti, plures: ſinguli, plani, lineares, monoclini: apice truncato, dentato.

Semina, omnia fertilia, oblonga, pappeſcentia: pappo piloſo, ſeſſili.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

CHATELANIA.* *Chatelanée.**

96. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis* ſimplex, 1-ſepala, cujus baſi, *acceſſorium* ſetaceum.

Semina ſetis 2 longis coronata.

Apex ciliatus.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, ſimplex, 1-ſepala, pluripartita, cujus baſi, acceſſorium perſiſtens, ſetaceum, patulum.

Elytriculi omnes floris compoſiti, plani, monoclini, lineares.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia: apice ciliato, ſetiſque 2 longis.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Cepid. Linn.

CLOSIROSPERMUM.* *Fuſelé.*

97. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis* ſimplex, I-ſepala, cujus baſi, acceſſorium ſquamuliforme.

Semina, ſtipitata: pappo piloſo.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, ſimplex, I-ſepala, pluripartita, cujus baſi, acceſſorium ſquamuloſum.

Elytriculi omnes floris compoſiti monoclini: ſinguli, plani, apice truncati ac dentati.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, in ſtipitem attenuantia: pappo piloſo.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Picrid. Linn.

PICRIS. *Vermigraine.*

98. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, 2-plex.

Semina, oblonga, rugoſa.

Diſcus, nudus.

Pappus ſeminum, ſeſſilis, plumoſus.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, 2-plex: utraque, I-ſepala; *exterior*, pluripartita, major, perſiſtens: laciniis conniventibus; *interior*, altero obductus.

Elytriculi omnes monoclini, plani, apice dentato-truncati.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, oblonga, rugoſa: pappo ſeſſili plumoſo, coronata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. etiam Hierac. Jacq.

TRAGOPOGON. *Barbe de Bouc.*

99. CHAR. DIAGN. *Discus*, nudus.
Semina, omnia fertilia, scabro erecta.
Perigynanda, simplex.
CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.
Perigynanda communis, simplex, 1-sepala, pluripartita: laciniis æqualibus, florem superantibus.
Elytriculi omnes, hermaphroditi, plani, apice truncato-dentati.
Discus communis, nudus.
Semina, omnia fertilia, papposa: pappo stipitato, radiato-pennato.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia simplicia.

UROSPERMUM. *Urosperme.*

100. CHAR. DIAGN. *Discus communis* tuberculoso-villosus.
Semina, incurva, scabro-tuberculata.
CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.
Perigynanda communis, simplex, 1-sepala, pluripartita: laciniis contiguis.
Elytriculi floris compositi, monoclini omnes: singuli, plani, *perigynandam* excedentes, apice truncati.
Discus communis, tuberculato-villosus.
Semina, omnia fertilia; erecta, scabra, tuberculata, papposa.
Pappus, plumosus, stipitatus.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia simplicia. Quæd. Tragop. Linn.

ADOPOGON. *Fausse-barbe de Bouc.*

101. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, simplex.
Discus, nudus.

Pappus seminum, stipitatus, simplex s. pilosus. *Scapo-sæ proles.*

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, 1-sepala, simplex, pluripartita.

Elytriculi omnes, florem compositum formantes, plani monoclini, apice truncato-dentati.

Discus communis, nudus

Semina, omnia fertilia, pappescentia: pappo stipitato, simplici.

Proles in hac specie, scaposæ.

Folia simplicia. Quæd. Tragop. Linn.

GEROPOGON. *Porte-barbe.*

102. CHAR. DIAGN. *Discus*, setaceo-paleaceus.

Pappus seminum, marginalium, aristatus; centralium, plumosus.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, simplex, 1-sepala, pluripartita: laciniis linearibus, tubulosis.

Elytriculi floris compositi, hermaphroditi, plani, apice truncato-dentati.

Discus communis, setaceo-paleaceus.

Semina, omnia fertilia; *ea marginalia*, aristata; *centralia*, pappo plumoso coronata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

HYOSERIS. *Hyoserie.*

103. CHAR. DIAGN. *Accessorium* squamulosum basi perigynandæ.

Discus, nudus.

Semina, paleis coronata.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, simplex, 1-sepala, oblonga, pluripartita, striata, cujus basi, accessorium, squamulosum, coarctatum.

Elytriculi floris compositi, plani, monoclini, truncato-dentati.

Discus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, incurviuscula, paleis coronata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

ACHYRASTRUM.* *Balai-étoilé.**

104. CHAR. DIAGN. *Discus*, nudus.

Accessorium, squamulosum basi perigynandæ.

Semina marginalia, paleis; *centralia*, paleis stellatis, pilisque alternantibus coronata.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, simplex, 1-sepala, pluripartita, æqualis: laciniis conniventibus.

Accessorium, persistens, squamulosum basi perigynandæ.

Elytriculi, monoclini, lineares, plani: apice truncato-dentato.

Discus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia; *exteriora*, oblonga, paleis coronata laciniisque perigynandæ tecta; *centralia*, paleacea pilosaque: pillis stellatis cum paleis alternantibus.

Proles in hac specie, scaposæ.

Folia simplicia. Quæd. Hyosir. Linn.

APOSERIS.* *Fausse-Hyosérie.**

105. CHAR. DIAGN. *Accessorium*, squamulosum basi perigynandæ.

Discus, nudus.

Semina, omnia fertilia, apice nuda.

CHAR PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, simplex, 1-sepala, pluripartita, cujus basi accessorium squamulosum.

Laciniæ perigynandæ, conniventes.

Elytriculi florem constituentes, plani, monoclini, apice dentati.

Discus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia: pappo nullo ſ. apice nudo.

Proles in hac ſpecie, ſcapoſæ.

Folia ſimplicia.

Obſ. *Hyoſeris, achyraſtrum* & apoſeris, *ſpecies naturales* 3, *inter ſeriolam & hypochæridem, mediæ.*

LEONTODON. *Dent de Lion.*

106. CHAR. DIAGN. *Acceſſorium* baſi perigynandæ, ſquamuloſum.

Semina, ſtipitata: pappo piloſo ac plumoſo.

CHAR. PEC. *Fl.* radiatus.

Perigynanda communis, ſimplex, 1-ſepala, pluripartita: laciniis linearibus, erectis, contiguis.

Acceſſorium perſiſtens, ſquamuloſum, baſi perigynandæ.

Elytriculi floris compoſiti, plani, omnes monoclini, lineares, apice truncato-dentati.

Diſcus communis, nudus.

Semina, fertilia omnia, ſtipitata: pappo piloſo pennatoque.

Proles in hac ſpecie, ſcapoſæ.

Folia ſimplicia. Quæd. etiam Hedypnoid. Tournef.

ANTODON.* *Faux-Piſſenlit.**

107. CHAR. DIAGN. *Acceſſorium ſquamuloſum*, baſi perigynandæ.

Semina, pappo ſeſſili, piloſo plumoſoque coronata.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, ſimplex, 1-ſepala, pluripartita, oblonga, baſi cujus acceſſorium ſquamuloſum, perſiſtens: ſquamulis appreſſis.

Elytriculi floris compoſiti, monoclini, plani, dentato-truncati.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, pappeſcentia, pappo ſeſſili, piloſo plumoſoque coronata.

Proles in hac ſpecie ſcapoſæ.

Folia ſimplicia. Quæd. Leontod. & *Andrialæ Linn.*

Obſ. 1. *Dantur in ſpecie, proles, quarum diſcus, villoſus. Sed hac ſolâ uni odve minimi momenti notâ, alteram*

ſpeciem non diſtinguere nobis oſtendit natura: itaque, ab antodone ſeparari nequeunt illæ proles.

Obſ. II. *Hæc & præcedens ſpecies, hieracii proximæ.*

PRENANTHES. *Prénanthe.*

108. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, cylindrica.

Elytriculi, pauci: ſerie ſimplici.

Pappus, pilo ſus, ſeſſilis & ſtipitatus.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, ſimplex, 1-ſepala, pluripartita: laciniis contiguis, cujus baſi ſquamulæ coarctatæ.

Elytriculi, monoclini, plani, pauci, ſerie ſimplici: ſinguli, lineares, truncato-dentati.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, pappoſa: pappo ſeſſili & ſtipitato, piloſo.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. etiam Chondrill. Linn.

CHONDRILLA. *Chondrille.*

109. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, ſquamulis coarctatis, baſi, aucta.

Elytriculi, multiplici ordine.

Pappus, ſtipitatus, piloſus.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, ſimplex, 1-ſepala, pluripartita, cujus baſi ſquamulæ acceſſoriiformes, coarctatæ.

Elytriculi flores compoſiti, monoclini, ſerie multiplici: ſinguli lineares, plani apice truncati, dentati.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, muricata, pappoſa: pappo piloſo, ſtipitato.

Proles in hac ſpecie, ſcapoſæ.

Folia ſimplicia. Quæd. etiam Prenanth. & Crepid. Linn.

LAMPSANA. *Lampſane.*

110. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, ſimplex, perſiſtens, cujus laciniæ ſemina includunt.

Pappus ſeminum, nullus.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, I-ſepala, ſimplex, pluripartita, ſtriata: laciniis coarctatis.

Squamulæ acceſſoriiformes, baſi perigynandæ.

Elytriculi flores compoſiti, monoclini, lineares, plani, apice truncato-dentati.

Diſcus communis; nudus.

Semina, omnia fertilia, laciniis perigynandæ incluſa: apice nudo.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

RHAGADIOLUS. *Antiſciſſure.*

111. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, oblonga.

Semina marginalia; laciniis patulis perigynandæ tecta; *centralia*, incurva: pappo nullo.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, ſimplex, I-ſepala, oblonga, pluripartita, cujus laciniæ, ad floreſcentiam erectæ; ad ſeminiſcentiam ſ. ad maturitatem ſeminum, patentes.

Squamulæ, baſi perigynandæ, perſiſtentes, appreſſæ.

Elytriculi, monoclini: ſinguli, plani, truncati.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia; *ea marginalia*, laciniis perigynandæ, patulis, canaliculatis, tecta; *centralia*, incurva minime tecta.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Lampſ. Linn.

Obſ. *Hæc & præcedens, apoſeridis proximæ.*

ANDRYALA. *Andryale.*

112. CHAR. DIAGN. *Accessorium*, ad basin perigynandæ, nullum.

Semina, pappo sessili piloso, coronata.

Discus vilosus.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, simplex, subrotunda, 1-sepala, pluripartita: laciniis æqualibus.

Accessorium squamulosum, basi perigynandæ, nullum.

Elytriculi, monoclini, lineares, plani apice dentato-truncati.

Discus communis, villosus.

Semina, omnia fertilia, pappo sessili piloso coronata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

Obs. *Andryala*, *inter antodonem & prenanthem*, *species naturalis media.*

CICHORIUM. *Chicorée.*

113. CHAR. DIAGN. *Accessorium, basi perigynandæ*, squamulosum.

Semina, denticulis apice coronata.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, simplex, 1-sepala, pluripartita, cujus basi accessorium, squamulosum, persistens.

Elytriculi, monoclini: singuli; lineares, plani, truncato-dentati.

Discus communis, paleaceus.

Semina, omnia fertilia, dentibus exiguis, coronata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

Obs. *Lactuca*, *sonchus*, *catananche*, *hypochæris*, *miegia*, *aracium*, *hieracium*, *scorzonera*, *scolymus*, *seriola*, *crepis*, *clostrospermum*, *hyoseris*, *achyrastrum*, *leontodon*, *antodon*, *prenanthes*, *chondrilla*, *cichorium*, *rhagadiolus*, *lampsana*, *geropogon*, *tragopogon*, *adopogon* & *urosper-*

mum & picris, tot ſpecies immortales diſtinctæ ſingulæ; diverſas proles habent mortales hinc, compoſitæ: cæteræ ſpecies, ut *willemetia*, *plancia*, *apoſeris* & *chatelania* ſimplices, *quoniam unicam prolem etiam nunc ſuppeditant ſingulæ.*

III. GENUS.

SIPHONIPHYTUM.

TABULA III.

CHARACTER DIAGNOSTICUS.

Flos, elytriculis, omnibus similiter tubulosis, congestis, constans, *antheræ* in vaginulam, coalitæ: filamentis distinctis.

Discus communis fructificationem elevans, formâ varius.

CHARACTER UNIVERSALIS.

Flos, elytriculos, tubulatos omnes, colligens *fig.* 1.

Perigynanda communis, polylepida & monosepala: illa polylepida: squamis, imbricatis. *a.* &c.

Elytriculi omnes, floris compositi, similiter tubulati, staminiferi, *fig.* 2, monoclini: ore æquali, quadri-quinquesido *fig.* 5; alii neutri: ore inæquali, ampliato, plurifidó *fig.* 6.

Perigynanda monosepala, cylindrica, plurifida, basi accessorio squamuloso aucta *fig.* 3; alia ventricosa: laciniis reflexis, & accessorio ad basin squamuloso *fig.* 4. *a.* &c.

Squamæ perigynandæ polylepidæ, structurâ variæ, cochleariformes *fig.* 7; lanceolatæ *fig.* 8, uncinatæ *fig.* 9; aliæ mucronatæ *fig.* 10; ciliatæ *fig.* 11; membranaceo-scariosæ *fig.* 12; aliæ ad marginem ciliato-spinosæ *fig.* 13; aculeatæ: aculeis in semicirculum dispositis *fig* 14, tandem aliæ squamæ fimbriatæ *fig.* 15. &c.

Stamina, quinque elytriculorum parietibus sæpius adnata: antheris connatis *Tab.* I. *fig.* 1.

Pistillum: apice styli integro, & diviso.

Discus communis fructificationis: superficie carnosâ,

exfucca; alius; fuperficie conicâ globoſa; plana; nuda *Tab.* I. *fig.* 19, 20 & 21; alius diſcus, ſuperficie paleis inſtructa *Tab.* III. *fig.* 22. &c.

Pappus ſeminum, ſeſſilis & ſtipitatus: pappo piloſo ſeu ſimplici & penato *Tab.* I. *fig.* 8 & 9. In quibuſdam ſpeciebus pappus paleaceus *fig.* 16; aculeato-ſetaceus *fig.* 17; alius dentatus *fig.* 18; ſetaceus *fig.* 19 tandem nullus.

Nux, muricata, bilocularis, bicornuta ſemen, fovens *fig.* 20 & 21.

Species naturales in hoc genere, cauleſcentes.

Folia, ſimplicia & compoſita.

CLAVIS

CLAVIS.

Species naturales generis Siphoniphytorum, flosculos uniformes suppeditant.

Perigynanda polylepida.

- Pappo Seminum piloso.
- P. Sem. plumoso s. pennato.
- P. Sem. paleaceo.
- P. Sem. setaceo.
- P. Sem. piloso & pennato.
- P. Sem. piloso & nullo.
- P. Sem. ramoso-connato.
- P. Sem. ramoso-pennato.
- P. Sem. subplumoso.
- P. Sem breviter paleaceo.
- P. Sem. membranaceo.
- P. Sem. aristato.
- P. Sem. marginato.
- P. Sem. apice nudo, margine membranaceo.
- P. Sem. nullo.
- Nuce muricatâ.
- Drupâ umbilicatâ.

Perigynanda simplex.

- P. Semina cingente.
- P. Seminis plumoso.
- P. Sem. apice marginato.
- P. Sem. nullo.
- P. Sem. breviter paleaceo.
- P. Sem. piloso.
- P. Sem. paleaceo.
- P. Sem. aristato.
- Nuce perigynandâ, indurata.

Perigynanda bractealis.

- P. Sem. paleis coronato.
- P. sem. denticulis coronato.

Perigynanda plurisepala.

- P. Sem. aristato.

SPECIES NATURALES

SIPHONIPHYTORUM.

CYNARA. *Artichaut.*

114. CHARACTER DIAGNOSTICUS.

Perigynanda communis, polylepida.
Squamæ, dilatato-carnosæ.
Discus, carnosus, setaceus.
Pappus seminum, longus, pilosus, sessilis.

CHARACTER PECULIARIS.

Flos tubulatus.

Perigynanda communis polylepida: squamis dilatatis, imbricatis, subrotundis, carnosis, apice emarginato-mucronatis.

Elytriculi, omnes monoclini: singuli tubulati, 5-fidi.

Discus communis, carnoso-setaceus.

Semina, omnia fertilia, pappescentia: pappo sessili, piloso, longo.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

CARDUUS. *Chardon.*

115. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ, patulo-spinosæ: aculeo simplici.

Discus, setaceus, exsuccus.

Pappus seminum, sessilis, pilosus.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida: squamis imbricatis, aculeo simplici terminatis.

Elytriculi, omnes monoclini, tubulati: ore ventricoso, patulo, 5-fido.

Discus communis, setaceus.

Semina, omnia fertilia, pappoſa, pappo ſeſſili, pilo-
ſo coronata.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.

XYLANTHEMA.* *Xylanthème.**

116. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ, erecto-patulæ, aculeatæ, villo arachnoideo ſæpe obductæ.
Pappus ſeminum, ſeſſilis, pennatus.
Diſcus, exſuccus.
CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.
Perigynanda communis, ventricoſa, polylepida: ſqua-
mis, imbricatis, erectis, patulisque, aculeatis, villo arachnoideo ſæpe obductis.
Elytriculi, omnes monoclini, tubulati: tubo gracili,
& ore 5-fido.
Diſcus communis, exſuccus, ſetoſus.
Seminæ, omnia fertilia, pappeſcentia, pappo ſeſſili,
plumoſo coronata.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia. Quid. Card. Linn.

ARCTIUM. *Bardane.*

117. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ globoſæ,
apice uncinatæ.
Diſcus, ſetaceus.
Pappus, ſeſſilis, piloſus.
CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.
Perigynanda communis, globoſa, polylepida, cujus
ſquamæ, imbricatæ, apice uncinatæ, perſiſtentes.
Elytriculi, omnes hermaphroditi, tubulati, 5-fidi.
Diſcus communis, ſetoſus.
Semina, omnia fertilia, pappeſcentia, pappo ſeſſili,
piloſo coronata.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.

CEPHALANOPLOS.* *Faux-Chardon**

118. CHAR. DIAGN. *Perigynandæ communis* ſquamæ, inermes, appreſſæ: apici hiante reflexove.

Diſcus, ſetoſus.

Pappus, pennatus ſ. plumoſus.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, oblonga, polylepida, inermis.

Squamæ arcte imbricatæ, quarum apex hians ſ. reflexus.

Elytriculi, omnes hermaphroditi, tubulati, 5-fidi.

Diſcus communis, ſetaceus.

Semina, omnia fertilia, pappoſa: pappo plumoſo terminali.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Serrat. & Card. Linn.

Obſ. *Species hæc naturalis, inter arctium & ſerratulam, media.*

SERRATULA. *Serratule.*

119. CHAR. DIAGN. *Diſcus*, paleaceus.

Squamæ, perigynandæ communis, inermes.

Pappus ſeminum, ſeſſilis, plumoſus.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida: ſquamis imbricatis, appreſſis, inermibus, perſiſtentibus.

Elytriculi, omnes hermaphroditi, tubulati: ore 5-fido.

Diſcus communis fructificationem ſuſtinens, paleaceus.

Semina, omnia fertilia, pappoſa: pappo ſeſſili, pennato.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

PSILOSANTHUS.* *Pſiloſanthe.**

120. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ communis, muticæ.

Diſcus, nudus; *os* elytriculorum, ventricoſum; pappus, plumoſus, ſeſſilis.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida, inermis, oblonga: ſquamis arcte imbricatis, muticis.

Elytriculi, omnes monoclini, tubulati, 5-fidi.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, pappoſa: pappo ſeſſili pennato.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Serrat. Linn.

CNICUS. *Fauſſe-Serratule.**

121. CHAR. DIAGN. *Perigynandæ ſquamarum apex*, patens reflexusve.

Acceſſorium bracteale, baſi perigynandæ.

Pappus, ſeſſilis, pennatus.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, ſæpius inermis, polylepida: ſquamis arcte imbricatis, quarum apex patulus reflexusve.

Acceſſorium bracteale, baſi perigynandæ.

Elytriculi, omnes monoclini, tubulati, 5-fidi.

Diſcus communis, ſetaceus.

Semina, omnia fertilia, pappeſcentia; pappo ſeſſili plumoſo coronata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. etiam Card. & Serrat. Linn.

HOOKIA.* *Hooke.**

122. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ communis, laceratæ, ſcarioſæ.

Diſcus, ſetoſus.

Pappus, ſeminum, piloſus, ſeſſilis.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida, cujus ſquamæ lacero-ſcarioſæ, laxæ, imbricatæ, perſiſtentes.

Elytriculi, omnes hermaphroditi, tubulati, 5-fidi.

Diſcus communis, ſetoſus.

Semina, omnia fertilia, pappo piloſo, ſeſſili coronata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Cnic. Linn.

ONOPORDUM. *Pet d'âne.*

123. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ, ſquarroſæ, aculeatæ, hiantes.

Diſcus communis, nudus, favoſus.

Pappus, ſeſſilis, piloſus.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida, imbricato-ſquarroſa: ſquamis ſolidis, hiantibus, aculeatis.

Elytriculi, omnes monoclini, 5-fidi.

Diſcus communis, nudus, favoſus,

Seminæ, omnia fertilia: papo ſeſſili, piloſo.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

ANTAUREA.* *Fauſſe Jacée.**

124. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ, inermes, læves, arido-ſcarioſæ.

Pappus ſeminum, paleaceus.

Diſcus, ſetaceus.

CHAR PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida: ſquamis imbricatis, inermibus; lævibus, arido-ſcarioſis.

Elytriculi, omnes neutri tenuiter tubulati : ore plurifido, ſenſim ampliato, obliquo, inæqualiter diviſo, recurvo; *ii* ad centrum poſiti, monoclini, tenuiter tubulati : ore 5-fido, ventricoſo, æquali.

Diſcus communis, ſetaceus.

Semina ad marginem fructificationis, nulla; ad centrum fertilia : pappo paleaceo.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Centaur. Linn.

JACEA. *Jacée.*

125. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ, arido-ſcarioſæ, lævis, inermes.

Pappus, ſetaceus.

Diſcus, ſetoſus.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida : ſquamis imbricatis, arido-ſcarioſis, inermibus, lævibus.

Elytriculi ad circuitum floris, neutri, tenuiter tubulati, plurifidi : ore ſenſim ampliato, obliquo, inæqualiter diviſo; *ii centrales*, hermaphroditi, tubulati : ore 5-fido, ventricoſo, ſubæquali.

Diſcus communis, ſetaceus.

Semina ad periphæriam fructificationis, nulla; ad centrum, fertilia, pappoſa, pappo ſetaceo coronata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Centaur. Linn.

LUPSIA. *Lupſie.*

126. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ, polylepidæ, aculeatæ : aculeis ſimplicibus.

Pappus piloſus, pennatusque.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida, aculeata, ſquamæ aculeis ſimplicibus terminantur.

Elytriculi in circuitu florum, neutri : ſinguli, tenuiter tubulati : ore 5-fido, inæquali; *ii* in centro ſiti, hermaphroditi, tubulati : ore 5-fido æqualiter diviſo.

Discus communis, setaceus.

Semina marginalia fructificationis, nulla; *centralia*, fertilia, papposa, pappo piloso, plumosoque coronata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia. Quæd. Centaur. Linn.

PODIA. * *Podée.* *

127. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ, polylepidæ, aculeato-imbricatæ: aculeis palmatis, in semicirculum dispositis.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida, aculeato-imbricata; *aculei* singularum squamarum, palmati seu in semicirculum disponuntur.

Elytriculi circumferentiam florum formantes, neutri, tenuiter tubulati: ore ampliato, obliquo, 5-fido, inæquali, majore; *ii* in centro, monoclini, tubulati: ore 5-fido, æquali.

Discus communis, setosus.

Semina ad ambitum fructificationis, nulla; ad centrum, fertilia.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia. Quæd. Cent. Linn.

CALCITRAPA. *Chausse-trape.*

128. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ, ad utrumque latus, ciliato-spinosæ.

Pappus seminum, pilosus, nullusque sæpe.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida, imbricata, cujus squamæ singulæ, ad utrumque latus, ciliato-spinosæ: aculeo terminali.

Elytriculi ambitûs florum, neutri: singuli, tenuiter tubulati: ore recurvo, obliquo, 5-fido, inæquali; *ii* centrum constituentes, hermaphroditi, tubulati: ore 5-fido, æquali, erecto.

Discus communis, setaceus.

Semina ad marginem fructificationis, nulla; ad cen-

trum, fertilia, in quibusdam prolibus pappoſa: pappo piloſo, in aliis; mutica, ſeu pappo carentia.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Cent. Linn.

CYANUS. *Aubifoin, Bleuet.*

129. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ, minime ſpinoſæ ſ. inermes, margine ferrato-ciliatæ.

Semina fertilia, pappo ſetaceo coronata.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida, arcte imbricata, inermis.

Squamæ ad marginem ferrato-ciliatæ.

Elytriculi marginales florum, neutri, tenuiter tubulati, recurvati, ſenſim ampliati: ore 5-fido, obliquo, inæquali; ii *centrales*, monoclini, tubulati: ore æqualiter diviſo.

Diſcus communis, ſetoſus.

Semina, ad circuitum fructificationis, nulla; ad centrum, fertilia, pappo ſetaceo coronata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Centaur. Linn.

LEPTERANTHUS.* *Faux-Bleuet.**

130. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ, recurvatæ, utrinque plumoſæ.

Semina fertilia, pappo ſetaceo terminata.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida, imbricata, cujus ſquamæ recurvatæ, utrinque plumoſæ.

Elytriculi ad circumferentiam florum, neutri, tenuiter tubulati: ore 5-fido, majore, ampliato, recurvo, inæquali.

Diſcus communis ut præcedentes ſpecies, ſetoſus.

Semina ambitûs fructificationis, nulla; centri, fertilia, pappo ſetaceo terminata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Cent. Linn.

Obſ. I. *Ex omnibus diverſis prolibus, quæ ſub nomine Centaureæ, botanicis hodiernis deſignantur & pro ſpeciebus, falſò habentur, ſpecies genuinas 7, naturam formaſſe videmus: ſingulas, noſtris characteribus, facile tirones diſtinguere poterunt.*

Obſ. II. *Suſpicamur, 7ogeam, certam habere affinitatem, potiùs convenientiam cum ſpeciebus naturalibus 7 jam nunc memoratis.*

Obſ. III. *Quædam ſpecies naturales plurimorum* genera, *in hoc opere contentorum, proxime ſuccedere debentes, diffinibus ſpeciebus interjiciuntur. Sed affinitate ſummâ illarum cum cæteris nobis indicante, liquet interjectum, minimi eſſe momenti.*

STÆHELINA. *Stéheline.* *

131. CHAR. DIAGN. *Anthera vaginalis*, baſi caudata, *Diſcus communis*, breviter paleaceus.

Pappus, ad apicem feminum, ramoſus, connatuſque.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida, oblongo-cylindrica: ſquamis imbricatis.

Elytriculi, omnes monoclini, tubulati: ore 5-fido, æquali.

Anthera vaginalis quæ eſſentialem ſtaminum partem conſtituit, baſi caudata.

Diſcus communis, breviter paleaceus.

Semina, omnia fertilia, pappeſcentia: pappo ramoſo, baſi connato.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

ROCCARDIA.* *Roccardée.*

132. CHAR. DIAGN. *Membranula*, perigynandæ ſquamas terminans, reflexa, radium ſimulat.

Diſcus, nudus.

Pappus, ſemina coronans, ſimplex piloſuſve.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, turbinata, polylepida.

Membranulæ, quibus ſquamæ ſingulæ terminantur, ſolitariæ, reflexæ, radium ſimulant.

Elytriculi, omnes hermaphroditi, tubulati: ore 5-fido, æquali.

Anthera vaginalis, baſi apicique pluriſeta.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, ſcabropunctata, pappo ſeſſili piloſo coronata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Stæhelin. Linn.

GNAPHALIUM. *Immortelle.*

133. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ, imbricatæ, ſcarioſæ, nitido-coloratæ.

Diſcus, nudus.

Pappus ſemina coronans, ſimplex, ſeſſilis.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida: ſquamis imbricatis, ſcarioſis, nitido-coloratis.

Elytriculi, omnes monoclini; tubulati: ore 5-fido, æquali.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fructificationis, fertilia, pappeſcentia pappo ſeſſili, piloſo.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

ARGYRANTHUS.* *Argyranthe.**

134. CHAR. DIAGN. *Diſcus*, lanato-villoſus, *ſemina*, pappo piloſo plumoſoque coronata.

Squamæ perigynandæ, nitido 1-coloratæ.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida, imbricata: ſquamis ſcarioſis, nitido-coloratis.

Elytriculi, omnes hermaphroditi, tubulati, 5-fidi: laciniis æqualibus.

Diſcus communis, lanato-villoſus.

Semina, omnia fertilia : pappescentia, pappo, sessili, piloso coronata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

Obs. *Quædam gnaphalii proles, licet semina cum pappis sessilibus, plumosis suppeditantia, a specie, minime excludendæ.*

FILAGO. *Tête-cotonnée.*

135. CHAR. DIAGN. *Elytriculi ad centrum* floris, monoclini, ad marginem, feminei.

Semina feminarum fertilia, mutica, monoclinorum, nulla.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida, imbricata, tomento obsita.

Elytriculi, ad centrum florum, hermaphroditi; ad circuitum intra squamas perigynandæ, feminei : ore 2-fido.

Discus communis, nudus.

Semina monoclinorum nulla; feminarum fertilia, parva, mutica; alia, pappescentia.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

Obs. *Dantur proles, quarum semina pappis pilosis coronantur. Hæc plantarum semina, licet pappescentia tantum, a cæteris prolibus hujus speciei, separari nequeunt.*

CONYZA. *Conyze.*

136. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ imbricatæ squarrosæ.

Discus, nudus.

Pappus, pilosus.

Elytriculi feminei, 3-fidi; monoclini, 5-fidi.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida, subrotunda & oblonga : squamis imbricato-squarrosis.

Elytriculi ad circuitum florum, feminei, tubulati : ore 3-fido; ad centrum, monoclini, tubulati : ore 5-fido.

Discus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia pappescentia : pappo piloso sessili coronata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

BACCHARIS. *Fausse-Conyze.*

137. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, polylepida, cylindrica.

Elytriculi feminarum, monoclinis immixti.

Pappus, pilosus, sessilis.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida, cylindrica : squamis imbricatis.

Elytriculi radii, feminei, monoclinis immixti : singuli, tubulati : ore 3-5 fido.

Discus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, papposa, pappo piloso, sessili coronata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

CHRYSOCOMA. *Chrysocome.*

138. CHAR. DIAGN. *Perigynanda*, hemisphærica, polylepida.

Discus, nudus.

Pappus simplex & subplumosus.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida, hemisphærica.

Squamæ, imbricatæ.

Elytriculi, omnes monoclini, tubulati : ore 5-fido.

Discus communis nudus.

Semina, omnia fertilia, papposa : pappo piloso, subplumosoque.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia. Quæd. etiam Pteron. Linn.

PTEROPHORA.* *Porte-plume.**

139. CHAR. DIAGN. *Discus*, paleaceus : paleis pluripartitis in setas terminatis.

Pappus, plumosus, sessilisque.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida : squamis imbricatis, linearibus.

Elytriculi, omnes monoclini, tubuliformes : ore 5-fido.

Discus communis, palcaceus.

Paleæ pluripartitæ setis terminatæ.

Semina, omnia fertilia, oblonga, pappo, plumoso, sessili coronata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia. Pteronia Linn.

Obs. *Pteroniæ nonnulæ, quæ in suppl. pl. Linn. filii describuntur, Chrysocomis associari debent : eodem charactere, exque legibus systematis omologici.*

SCEPINIA.* *Scepine.**

140. CHAR. DIAGN. *Discus* paleaceus.

Pappus, setosus, hispidus.

Semina, hirsuta

Stigmata, 2 distincta.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida, imbricata.

Elytriculi, omnes tubulati, monoclini : ore 5-fido.

Pistillum : stigmatibus 2.

Discus communis, paleaceus.

Semina, omnia fertilia, pappescentia.

Pappus, setaceus, hispidus, semina coronans.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia. Quæd. Pteron. Lin.

Obs. *Hæc species, quæ simplex huc usque, ab omnibus speciebus hujus generis discrepat : proprio charactere.*

CALEA. *Fauſſe-Santoline.*

141. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, polylepida.
Squamæ, latiuſculæ.
Diſcus, paleaceus.
Pappus, quo ſemina coronantur, piloſa.
CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.
Perigynanda communis, polylepida, imbricatis ſquamis latiuſculis, ſibi gradatim incumbentibus.
Elytriculi, omnes monoclini, tubulati, 5-fidi.
Diſcus communis, paleaceus: palcis indiviſis.
Semina, omnia fertilia, pappo piloſo, ſeſſili terminata.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.

SANTOLINA. *Santoline.*

142. CHAR. DIAGN. *Perigynanda* hemiſphærica, polylepida: ſquamis appreſſis.
Diſcus, paleaceus.
Pappus, nullus.
Folia ſimplicia.
CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus,
Perigynanda communis, polylepida, ſquamis imbricatis arcte appreſſis.
Elytriculi, omnes hermaphroditi, tubulati: ore 5-fido.
Diſcus communis, paleaceus.
Semina, omnia fertilia, pappo nullo, coronata.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia. Quæd. etiam Athanaſ. Linn.
Obſ. *Santolina Anthemoides* L. *folia compoſita exhibens, aliaſque forte diſcrepantias in fructificatione, ab hac ſpecie excludenda.*

ATHANASIA. *Athanaſie.*

143. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ, lineares.
Diſcus, paleaceus.
Pappus, quo ſemina coronantur, breviter paleaceus.
CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.
Perigynanda communis, polylepida, imbricata: ſquamis linearibus, appreſſis.
Elytriculi, omnes hermaphroditi, tubulati, 5-fidi.
Diſcus communis, paleaceus.
Semina, omnia fertilia, pappoſa, pappo brevitur paleaceo coronata.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.
Obſ. *Athanaſiæ* Linnei *quarum ſemina nuda & folia ſimplicia, ſantolinæ nobis annumerantur. Aliæ proles, folia compoſita adminiſtrantes, ab athanaſiâ nobis excluduntur, hinc ſpeciem diſtinctam formabunt, illius proximam.*

TARCHONANTHUS. *Tarchonanthe.*

144. CHAR. DIAGN. *Perigynanda*, turbinata; 1-ſepala.
Diſcus, villoſus.
Pappus ſeminum baſin præcingens, piloſus.
CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.
Perigynanda communis, ſimplex, 1-ſepala, plurifida, turbinata.
Elytriculi, omnes monoclini, tubulati: ore 5-fido.
Diſcus communis, villoſus; *germen*, epimenum.
Semina omnia fertilia, quorum baſi pappus piloſus plumoſusve.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.
Obſ. *Tarchonantus ericoides L. ſpecies diſtincta.*

EUPATORIUM. *Eupatoire.*

145. CHAR. DIAGN. *Perigynanda* oblonga, polylepida.

Stylus longiſſimus.

Diſcus, nudus; *pappus* quo ſemina coronantur, longus, plumoſus.

Folia compoſita.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, oblonga; ſ. cylindrica, polylepida: ſquamis imbricatis.

Elytriculi, omnes monoclini, tubulati: limbo 5-fido.

Stylus, longiſſimus, ſemibifidus.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, pappoſa: pappo, longo, pennato.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia compoſita.

KYRSTENIA.* *Kyrſtene.**

146. CHAR. DIAGN. *Perigynanda*, ſimplex, 1-ſepala, pluripartita.

Diſcus, nudus.

Pappus; plumoſus.

Folia ſimplicia.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, ſimplex, 1-ſepala, pluripartita: laciniis æqualibus perſiſtentibus.

Elytriculi, omnes monoclini: tubulati, 5-fidi.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, pappeſcentia, pappo pennato coronata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Eupator. Linn.

WILLUGBÆYA. *Willugbeye.*

147. CHAR. DIAGN. *Perigynanda* ſimplex, 1-ſepala, 4-partita, perſiſtens.
Diſcus, nudus.
Pappus, quo ſemina coronantur, ſetaceus.
Folia ſimplicia.
CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.
Perigynanda communis, ſimplex, 1-ſepala, ovata, 4-partita: laciniis æqualibus.
Elytriculi; omnes monoclini, tubulati: ore 5-fido.
Diſcus communis, nudus.
Semina, omnia fertilia, pappo ſetaceo coronata.
Stylus, 2-fidus, aperturam elytriculorum eminens.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia. Quæd. Eupat. Linn.

CARLINA. *Carline.*

148. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ interiores, nitidæ, radiantes, coloratæ. *Diſcus*, barbato-paleaceus.
Pappus ramoſo-pennatus.
CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.
Perigynanda communis, polylepida, imbricata.
Squamæ exteriores, ad apicem aculeato - foliaceæ; *interiores*, patulo-radiantes, nitidæ, coloratæ.
Elytriculi, omnes monoclini, tubulati: ore 5-fido.
Diſcus communis, barbato-paleaceus.
Semina, omnia fertilia, pappoſa: pappo ramoſo; plumoſoque.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.

ARELINA.* *Fauſſe-Carline.**

149. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ, exterioſes, ciliatæ, ſpinoſæ.

Pappus, quo ſemina coronantur, membranaceus.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida, imbricata.

Squamæ exteriores, ciliato-ſpinoſæ; *interiores*, nitidæ, patulo-radiantes.

Elytriculi, omnes hermaphroditi, ore 5-fido.

Diſcus communis, paleaceus.

Semina, omnia fertilia.

Pappus, quo hæc coronantur, membranaceus.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Carl. Lin.

Obſ. *Hæc & præcedens, utraque ſpecies onopordi proxima.*

XERANTHEMUM. *Xeranthème.**

150. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ ſuperiores, radiantes, patulæ.

Diſcus, nudus.

Pappus, piloſus ac pennatus.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida: ſquamis imbricatis; *ſuperiores* radium ſimulantes, patentes.

Elytriculi ad circumferentiam floris, feminei, tubulati; ad centrum, monoclini; laniculis linearibus.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, pappo piloſo, plumoſoque coronata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

HARRISONIA.* *Harriſone.**

151. CHAR. DIAGN. *Squamæ interiores* perigynandæ, radiantes.

Diſcus, paleaceus.

Pappus ſemina coronans paleis munitus.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida, imbricata.

Squamæ radium mentientes, patulæ & coloratæ.

Elytriculi radii, feminei: ore plurifido.

Stigma ſeminarum integrum, monoclinorum.

Diſcus communis, paleaceus.

Semina ambitûs fructificationis, fertilia, nuda; centri, pappo paleaceo coronata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Xeranth. Linn.

TRICHANDRUM.* *Trichandre.**

152. CHAR. DIAGN. *Anthera vaginalis*, in ſetas deſinens.

Pappus, quo ſemina terminantur, piloſus, ſeſſilis.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida, imbricata, cujus ſquamæ ſuperiores, radii vices gerentes, erectæ.

Elytriculi marginales florum, tubulati, feminei: laciniis æqualibus; centrales, hermaphroditi, tubulati, quorum anthera vaginalis, caudata ſ. in ſetas deſinens.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, filiformia, pappo ſeſſili, piloſo terminata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Xeranth. Linn.

Obſ. *Hæc ſpecies, a præcedente toto cælo diſcrepat, uti pinardia noſtra ab enulâ Linn.*

CARTHAMUS. *Carthame.*

153. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ, aculeato-foliaceæ.

Discus, pilosus.

Semina, aliis pilosa, aliis nuda.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida, imbricata: squamis apice aculeato-foliaceis.

Elytriculi, omnes monoclini, tubulati; ore 5-fido.

Discus communis, pilosus.

Semina, omnia fertilia, aliis pappo piloso, aliis pappo nullo.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

Obs. *Sola seminum pilosities, pappum simplicem formans, sufficere nequit, ut pro essentiali notâ characteristicâ habeatur, quâ notâ species ab alterâ separari debeat. Itaque in specie Carthami, unica proles existit, pappo seminum nullo, aliæ proles ejusdem speciei, pappum pilosum præbent.*

ATHAMUS.* *Faux--Carthame.**

154. CHAR. DIAGN. *Discus*, paleaceus.

Pappus, quo coronantur semina, plumosus.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida.

Squamæ exteriores, imbricatæ, longæ, acutæ; foliis caulinis persimiles.

Elytriculi, omnes monoclini, tubulati: ore 5-fido.

Discus communis, paleaceus.

Semina, omnia fertilia, pappo pennato, sessili coronatâ.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia. Quæd. Cartham. Linn.

KENTROPHYLLUM.* *Kentrophylle.**

155. CHAR. DIAGN. *Discus*, setaceus.
Pappus, setaceus, semina coronans.
Perigynanda, polylepida.
CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.
Perigynanda communis, polylepida, imbricata: squamis apice aculeato-foliaceis.
Elytriculi, omnes monoclini, tubulati, 5-fidi & 5-partiti.
Discus communis, setosus.
Semina ad circuitum fructificationis quandoque abortantia; ad centrum fertilia, setis coronata.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia simplicia. Quæd. Cartham. Linn.

PLURIDENS.* *Pluridentis.**

156. CHAR. DIAGN. *Accessorium bracteale*, pluripartitum basi perigynandæ.
Discus, paleaceus.
Pappus, aristatus.
Folia simplicia.
CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.
Perigynanda communis, polylepida, minime imbricata.
Squamæ, erectæ, contiguæ.
Accessorium, pluripartitum, foliaceum, radiiforme, persistens, basi perigynandæ.
Elytriculi, omnes hermaphroditi: singuli tubulati: ore 5-fido.
Discus communis, paleaceus.
Semina, omnia fertilia, aristis 2-4-coronata.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia simplicia. Bidens Linn.
Obs. *Bidens*, *vox latina*, *dentes* 2 *significans*; *hinc non admittenda*, *quòd in hac specie dantur proles*, *quarum semina aristas* 2; *aliæ proles*, *aristas* 3. 4 *exhibent*: *itaque pluridentis nomen subdidimus.*

EDWARSIA.* *Edwarſe.**

157. CHAR. DIAGN. *Acceſſorium bracteale*, baſi perigynandæ.

Diſcus, paleaceus.

Pappus, ariſtatus.

Folia compoſita.

CHAR. PEG. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida, cujus ſquamæ, erectæ, ſubcontiguæ.

Acceſſorium bracteale, baſi perigynandæ; pluripartitum, perſiſtens.

Elytriculi, omnes hermaphroditi, tubulati: ore 4-5-fido.

Diſcus communis, paleaceus.

Semina, omnia fertilia, ariſtis 2-4 coronata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia compoſita. Quæd. Bident. Linn.

SPILANTHUS. *Spilanthe.**

158. CHAR. DIAGN. *Perigynanda* pluriſepala, inter ſe æqualia.

Elytriculi, 4-fidi.

Diſcus, paleaceo-conicus.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, pluriſepala, inter ſe æqualia & contigua.

Elytriculi, monoclini, 4-fidi, tubulati.

Diſcus communis, paleaceo-conicus.

Semina, omnia fertilia, ariſtis ad apicem inſtructa.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

Obſ. *Spilanthus atriplifolius Linnæi nudum profe-rens diſcum, ſeminaque mutica, id eſt exariſtata, ſpeciem diſtinctam formabit, Spilanthi proximam*, cui proprium *nomen attribuendum.*

BALDINGERIA.* *Baldingere.*°

CHAR. DIAGN. *Perigynanda*, polylepida, imbricata.
Discus, nullus.
Semina in circuitu florum, marginata; in centro nuda.
CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.
Perigynanda communis, polylepida, imbricata.
Elytriculi ambitûs florum, feminei, tubulati; centri, monoclini: ore inæquali, 4-fido.
Discus communis, nudus.
Semina, omnia fertilia; ea in circumferentiâ fructificationis, apice marginata; in centro, nuda.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia simplicia. Quæd. Cotul. Linn.

COTULA. *Maroute.*

159. CHAR. DIAGN. *Perigynanda*, 1-sepala, globosa.
Discus, nudus.
Semina, omnia apice marginata.
CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.
Perigynanda communis, simplex, 1-sepala, globosa, pluripartita: laciniis contiguis æqualibus.
Elytriculi, omnes monoclini, tubulati, 5-fidi.
Discus communis, nudus.
Semina, omnia apice marginata, fertilia.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia simplicia. Quæd. etiam tanacet. Linn.

TANACETUM. *Tanesie.*

160. CHAR DIAGN. *Squamæ* perigynandæ hemisphæricæ, compactæ.
Discus, nudus.
Semina, pappo nullo.
Folia composita.
CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida, hemiſphærica, cujus ſquamæ compactæ, imbricatæ.

Elytriculi, omnes monoclini: ore 3-5-fido.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia: pappo nullo.

Proles in hac ſpecie, caulescentes.

Folia compoſita.

PSANACETUM.* *fauſſe-Taneſie.**

161. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ hemiſphæricæ, imbricatæ.

Semina: pappo ſubnullo.

Folia ſimplicia.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida, imbricata: ſquamis compactis.

Elytriculi; omnes hermaphroditi: ore 5-fido.

Diſcus communis, nudus.

Semina; omnia fertilia: pappo nullo.

Proles in hac ſpecie, caulescentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Tanacet. Linn.

AMBROSIA. *Ambroſie.*

162. CHAR. DIAGN. *Perigynanda*, maris ac feminæ, 1-ſepala.

Diſcus, nudus.

Nux 1-ſperma, e perigynandâ induratâ.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis maris, ſimplex, 1-ſepala.

Elytriculi maſculi, 1-ſepali, tubulati: ſinguli 3-fidi; antheris 5 diſtinctis.

Diſcus communis, nudus.

Semina; nulla.

Perigynanda communis feminæ, 1-ſepala, integra: ventre 5-dentato, 1-floro.

Stigmata 2, longa, divaricata.

Nux, 1-ſperma e perigynandâ induratâ orta; 1-locularis, dentibus coronata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

Obſ. *Species hæc, monoïca; mares, a feminis, in iiſdem plantis ſeparantur.*

XANTHIUM. *Fauſſe-bardane.*

163. CHAR. DIAGN. *Perigynanda* maris, imbricata, globoſa.

Diſcus, paleaceus.

Nux, muricata, 2-locularis; 2-cornuta.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis maris globoſa, polylepida, imbricata.

Elytriculi maſculi a feminis remoti, 1-ſepali, tubulati: ore 5-fido.

Diſcus communis, paleaceus.

Semina, nulla.

Perigynanda feminæ, 2 flores includens, 1-ſepala, 2-partita: laciniis oppoſitis: ſingulæ, aculeis uncinatis obvallantur.

Elytriculi, nulli.

Nux, muricata, 2-cornuta, 2-locularis: loculis 1-ſpermis.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

Obſ. *Hæc monoïca, ut ſpecies præcedens.*

CLIBADIUM. *Viſcicarpe.*

164. CHAR. DIAGN. *Diſcus*, nullus.

Perigynanda utriuſque ſexûs ſeparati, imbricata.

Drupa, umbilicata, 1-ſperma.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda, maris a feminæ remoti, polylepida, imbricata.

Elytriculi maſculi ad centrum, 1-ſepali, tubulati: ore 5-fido.

Antheræ, approximatæ.

Elytriculi ad radium florum, feminei, pauci (3. 4.).
Semina, nulla.
Drupa, subrotunda, umbilicata, 1-sperma.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia simplicia.
Obs. I. *Hæc, inter Xanthium & Ambrosiam media.*
Obs. II. *Mares & feminæ hujus speciei, etiam inter se separantur in iisdem individuis: hinc monoïca species.*

IVA. *Faux-Tarchonante.**

165. CHAR. DIAGN. *Perigynanda*, 1-sepala.
Elytriculi feminæ 5: ore nullo.
Discus, pilosus.
Semina, nuda.
CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.
Perigynanda communis, subrotunda 1-sepala, simplex, 3-partita, persistens.
Elytriculi radium constituentes, feminei 5: ore nullo; centrales, masculi, tubulati: ore 5-fido.
Discus communis, pilosus.
Semina apice nuda, angulata.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia simplicia.
Obs. *Iva, species monoïca, uti præcedentes.*

ECHINANTHUS.* *Hérisson-fleur.**

166. CHAR. DIAGN. *Perigynandæ* propriæ, solitariæ, flosculos includens, in globum congestæ.
Pappus, quo semina coronantur, breviter paleaceus: paleis brevissimis.
CHAR. PECUL. *Fl.* tubulatus.
Perigynanda communis, simplex, 1-sepala, pluripartita: laciniis omnino reflexis.
Perigynandæ propriæ, elytriculos solitarios amplectentes, in globum disponuntur, basi barbatæ: singulæ, polylepidæ, imbricatæ: squamis erectis, subulatis, persistentibus.
Elytriculi, omnes monoclini; tubulati: ore 5-fido.

Discus communis, globosus, setaceus.
Semina omnia fertilia: paleis brevissimis.
Proles in hac specie, cauiescentes.
Folia simplicia. Echinops. Lin.

ELEPHANTOPUS. *Pied d'Eléphant.*

167. CHAR. DIAGN. *Perigynanda* 3-foliata, bracteiformis.
Propria, polylepida, 4-flora, imbricata.
Pappus semina coronans, paleaceus.
Discus, nudus.
CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.
Perigynanda communis, bractealis, 3-foliata, persistens, magna.
Propria, polylepida, 4-flora, imbricata: squamis lineari-subulatis, erectis.
Elytriculi, omnes monoclini, tubulati: ore 5-partito.
Discus communis, nudus.
Semina, omnia fertilia, paleis subulatis coronata.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia simplicia.
Obs. I. *Dillenius, flosculos, in hac specie, tubuliformes, 5-partitos adesse describit: Linnæus contrà, lingulatos esse declarat. Inter sententiam amborum virorum celeberrimorum, prioris authoris judicio, stamus.* Conf. Dill. Elth. p. 126. & Linn. Syst. veget. ed. XIV.
Obs. II. *Semina minime setacea, sed vere paleacea: paleis planis, subulatis.*

SPHÆRANTHUS. *Sphéranthe.*

168. CHAR. DIAGN. *Perigynandæ propriæ*, in globum digestæ: singulæ, 5-lepidæ.
Discus communis, squamosus, *proprius*: nudus.
CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.
Perigynanda communis, polylepida: squamis imbri-

batis discum communem vestientibus, persistentibus, acuminatis.

Perigynandæ propriæ, in globum aggregatæ: singulæ, 8-floræ, 5-lepidæ: squamis erectis, linearibus, approximatis.

Elytriculi ambitûs floris, feminei: ore subnullo; *centri*, monoclini, tubulati: ore 5-fido.

Discus communis, subrotundus, squamosus, *proprius*, nudus.

Semina feminarum, fertilia, nuda; monoclinorum, nulla.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

GUNDELIA. *Gondolinet.*

169. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, bracteiformis.

Elytriculi, radii, masculi; centri, monoclini.

Discus communis, palcaceus, *proprius*, 4-gonus.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, bractealis, fructificationi subjecta.

Perigynandæ propriæ flosculos s. elytriculos 5 includens, in spiculam digeruntur.

Elytriculi, ad marginem floris, masculi; *ii* ad centrum, monoclini, tubulati: ore ventricoso, 5-fido.

Discus communis, paleaceus, *proprius*, 4-gonus: faveolis 5, quarum laterales excavantur pro elytriculorum insertione.

Semina, ad ambitum fructificationis, nulla; ad centrum, fertilia, denticulis coronata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

Obs. *Paleæ discos proprios distinguentes, 3-cuspidatæ; semina pyriformia, teste clar. Scopolio.*

JUNGIA. *Jungie.**

170. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, 3-flora, polyſepala.

Elytriculi: ore 2-labiatiformi.

Diſcus, paleaceus.

Pappus, longus, plumoſus.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polyſepala: ſepalis 3. 4. flores involventibus.

Perigynanda propria, multiflora, polyſepala: ſepalis ſubæquantibus.

Elytriculi, omnes monoclini, tubulati, 1-ſepali: tubo ſenſim ampliato, laciniato.

Lacinia exterior limbi, revoluta, apice dentata; *interior*, 2-partita.

Diſcus communis, paleaceus.

Semina, omnia fertilia, pappo longo pennato coronata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

STŒBE. *fauſſe-Immortelle.*

171. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, in glebum congeſta; polylepida.

Diſcus, nudus.

Semina pappo plumoſo coronata.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida: imbricatis ſquamis; *propria*, polylepida elytriculum unicum includens.

Elytriculi, monoclini, tubulati, 1-ſepali, infundibuliformes: limbo 5-fido.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, pappo pennato coronata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

WIGANDIA.* *Wigande.**

172. CHAR. DIAGN. *Perigynanda propria*, elytriculos, formâ diversos, includens, polylepida.

Discus, villosus.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, subrotunda, polylepida: squamis lineari-subulatis, imbricatis; *propria*, elytriculos 2 continens, polylepida.

Elytriculus 1, lingulatus, neuter: ápice emarginato; *alter*, tubulatus, hermaphroditus: ore 5-fido.

Discus communis, villosus.

Semina, monoclinorum fertilia, pappo plumoso.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia. Quæd. Stæb. Linn.

Obs. *Hæc & præcedens, utraque species Gnaphalii proxima.*

SERIPHIUM. *Fausse-Aurône.**

173. CHAR. DIAGN. *Perigynanda*, imbricata.

Semina infra elytriculos posita.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, imbricata, polylepida.

Squamæ interiores subulatæ.

Elytriculi 1-sepali, tubulati: limbo 5-dentato; *pistillum* elytriculorum, ypomenum.

Semina, oblonga, perigynandâ communi inclusa.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

ETHULIA. *Ethulie.*

174. CHAR. DIAGN. *Perigynanda*, 1-sepala, simplex, pluripartita.

Discus, nudus.

Elytriculi, inter se remoti.

Pappus, nullus.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, ſimplex, 1-ſepala, pluripartita: laciniis patulis, linearibus.

Elytriculi, omnes monoclini, tubulati, inter ſe diſtantes; ſinguli, 5-fidi.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, apice nuda.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

SENECIO. *Seneçon.*

174. CHAR. DIAGN. *Perigynanda*, 1-ſepala, cylindrica, cujus baſi ſquamulæ coarctatæ.

Diſcus, nudus.

Pappus, piloſus.

Apices perigynandæ, ſphacelatæ.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis; 1-ſepala, ſimplex, cylindrica, pluripartita: laciniis linearibus, erectis, apice ſphacelatis, parallelis; earum baſi, ſquamulæ coarctatæ, perſiſtentes.

Elytriculi, omnes monoclini, tubulati: apice 5-fidi: lacinulis reflexis.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, pappoſa, pappo ſeſſili piloſo.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

CACALIA. *faux-Seneçon.*

175. CHAR. DIAGN. *Perigynanda* ſimplex, 1-ſepala, cylindrica.

Diſcus, nudus.

Pappus, quo ſemina coronantur, piloſa.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, 1-ſepala, cylindrica, pluripartita: laciniis contiguis, erectis; baſi quarum ſquamulæ nullæ.

Elytriculi, omnes monoclini, tubulati, apice dilatati.

Diſcus

Discus communis, nudus.
Semina, fertilia papposa; pappo piloso.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia simplicia.
Obs. *Omnis Cacalia, cujus perigynanda squamulis ad basin instructa, senecioni annumeranda.*

HIORTHIA.* *Hiorthe.**

176. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ, subscarioſæ.
Discus, conico-paleaceus.
Semina lateribus membranacea, apice nuda.
CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.
Perigynanda communis, hemisphærica, polylepida, imbricata: squamis apice margineque subscariosis.
Elytriculi, ad marginem s. exteriorem florum, feminei; ad centrum, monoclini, tubulati: ore 5-fido, ariſtato.
Discus communis conico-paleaceus.
Semina, omnia fertilia apice nuda, lateribus membranacea, conica.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia composita. Quæd. Anacycl. Linn.
Obs. *Nostram hiorthiam cum anacyclo conjungit Celeb. Linnæus, quamquam charactere diagnostico peculiarique generis ac speciei inter se maxime discrepant.*

ARTHEMISIA. *Armoise.*

177. CHAR. DIAGN. *Perigynanda*, globosa.
Discus, villosus.
Semina: pappo nullo.
Folia composita.
CHAR PEC. *Fl.* tubulatus.
Perigynanda communis, globosa, polylepida: squamis imbricatis.
Elytriculi, omnes monoclini, tubulati: ore 5-fido,

Discus communis, villosus nudusque.
Semina, omnia fertilia : apice nudo.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia composita.

ABROTANUM. *Aurône.*

178. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, subrotunda.
Discus, nudus.
Semina: pappo nullo.
Folia simplicia.
CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.
Perigynanda communis, subrotunda, polylepida : squamis imbricatis.
Elytriculi, omnes tubulati, infundibuliformes, plurifidi.
Discus communis, nudus.
Semina, omnia fertilia, *semina* apice nuda s. minimè pappescentia.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia simplicia. Quæd. Arthem. Linn.
Obs. *Abrotanum & arthemisia, utraque species distincta: charactere diverso, uti videre est.*

AGERATUM. *Fausse-Eupatoire.*

179. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, simplex, 1-sepala.
Semina, aristis coronata.
Discus, nudus.
CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.
Perigynanda communis, simplex, 1-sepala, pluripartita.
Laciniæ singulæ, æquales.
Elytriculi, omnes monoclini, tubulati : ore 5-fido.
Discus communis, nudus.
Semina, omnia fertilia, apice aristata.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia simplicia.

Obſ. *Hæc ſpecies naturalis, Willugbæyæ proxima, cujus affinis.*

MICROPUS. *Micropin.*

180. CHAR. DIAGN. *Perigynanda* ſimplex, I-ſepala, 5-partita.

Diſcus, paleaceus.

Semina: pappo nullo.

Elytriculi marginales, laciniis peryginandæ involvuntur.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, I-ſepala, ſimplex, 5-partita: laciniis conniventibus; *baſis* perigynandæ, ſquamulis 5 munita.

Elytriculi marginem florum occupantes, feminei ligulâ deſtituti, laciniis perigynandæ obvolutis; ii ad centrum, monoclini, tubulati: ore 5-dentato.

Diſcus communis, paleaceus.

Semina, feminarum fertilia: ſingula apice nuda laciniis perigynandæ tecta; monoclinorum, nulla.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

Obſ. *Hæc ſpecies naturalis, conizæ, filaginisve, proxima.*

CARPESIUM. *Carpeſine.*

181. CHAR. DIAGN. *Squamæ* perigynandæ exteriores, reflexo-patulæ, polylepidæ.

Diſcus, nudus.

Semina: pappo nullo.

CHAR. PEC. *Fl.* tubulatus.

Perigynanda communis, polylepida.

Squamæ exteriores, reflexo-patulæ; interiores, contiguæ, minimè imbricatæ, breviores.

Elytriculi ad radium florum ſiti, feminei, tubulati: ore 5-fido, ad centrum, monoclini, tubulati, ore 5-fido.

Diſcus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia: pappo plane carentia.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.
Obſ. *Species naturales, in hoc genere recenſitæ, compoſitæ fere omnes, ſi nonnullas, uti clibadium, pſanacetum, wigandia, roccardia, athamus &c. excipias, quæ etiamnunc ſimplices.*

IV. GENUS.

PSYDOMORPHYTUM.

TABULA IV.

CHARACTER DIAGNOSTICUS.

Perigynanda communis, flosculos aggregatos colligens.
Stamina pauca (4. 5.), libera flosculis inserta.
Discus communis, fructificationem sustinens, figurâ varius.
Pistillum: sæpius ypomenum.

CHARACTER UNIVERSALIS.

Fructificatio, monogamica; monoïca, & divico-polygamica.

Perigynanda communis, flosculos colligens, polylepida, imbricata *fig.* 1.; alia monosepala, pluripartita, expansa *fig.* 2.; alia cylindrica, plurifida *fig.* 3.; alia in serie oblongâ dispositа, &c.

Perigynanda propria duplex; exterior, monosepala, infundibuliformis, plicato-membranacea *fig.* 4.; alia denticulata germen coronans *fig.* 5. 6.; alia stelliformis, achenam terminans *fig.* 7. &c.

Flosculi staminiferi, monosepali, tubulati, hermaphroditi: limbo æquali, plurifido *fig.* 9. alii flosculi, limbo plurifido, inæquali *fig.* 10. 11.; alii, plurisepali *fig.* 12. &c.

Stamina, pauca quatuor, quinque libera flosculorum parietibus inserta *fig.* 9. 10. 11.

Pistillum sæpius ypomenum, ovatum, subrotundum; aliud tetragonum; aliud oblongum, &c.

Stylus, simplex; alii plures *fig.* 13.

Stigma, indivisum seu integrum; aliud bifidum; alia plura.

Fructus, achenaceus & femina nuda.

Achena: apice nudo *fig.* 14; alia pappis plumosis terminata *fig.* 8.; alia denticulis setaceis coronata *fig.* 15; alia ovata nuda, monosperma; subrotunda; alia oblonga, uniloculari; biloculari, &c.

Semen, lanuginosum; aliud quinquangulatum nudum.

Discus communis, quo fructificatio sustinetur aut elevatur, conicus *fig.* 16: alius planus *fig.* 17; alius oblongus paleaceus, ovatus; alius villosus, convexus; alius globosus, tandem nullus.

Species naturales in hoc genere caulescentes & scaposæ.

Folia, simplicia & composita.

CLAVIS.

Species naturales generis Pſydomorphytorum, ſunt monogamicæ,

- Flores tetrarini.
  - Achenâ epimenâ, 1-ſpermâ.
  - Ach. ypomenâ, nudâ.
  - Ach. ypom. denticulatâ.
  - Ach. ypom. Fol. hellatis coronatâ.
  - Ach. ypom. pappo-plumoſâ.
  - Ach. ypom. ventricoſiuſculâ.
  - Ach. ypom. pappo-patulo.
  - Ach. ypom. dentato-ſetaceâ.
  - Semine lanuginoſo.
  - Semine nudo.
- Fl. pentarini.
  - Ach. epimenâ, 1-ſpermâ.
  - Ach. ypom., 1-ſpermâ.
  - Ach. ypom., 2-locularî.

Monoicæ,

- Fl. tetrarini.
  - Ach. ypom., 2-locularî.
  - Ach. Dicoccâ.

Et Dioico Polygamicæ.

- Fl. tetrarini
  - Ach. epimenâ, 1-ſpermâ.

SPECIES NATURALES
PSYDOMORPHYTORUM.

GLOBULARIA. *Globulaire.*

182. CHARACTER DIAGNOSTICUS.

Perigynanda communis, polylepida : *propria*, 1-ſepala.
Diſcus, paleaceus.
Floſculi, 5-partiti. Cauleſcentes proles.

CHARACTER PECULIARIS.

Fructificatio, monogamica ; *floſculi*, congeſti.
Perigynanda communis, polylepida, perſiſtens : ſquamis imbricatis.
Perigynanda propria, 1-ſepala, tubulata, 5-fida, ypomena, perſiſtens, acuta.
249. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, rotata, 5-partita.

Stigma, clavatum.

Bacca, 2-locularis, perigynandâ exteriore coronata.

CHAR. PEC. *Fl.* congesti.

Perigynanda propria, 2-plex: utraque 1-sepala.

Exterior, minor, indivisa, persistens.

Interior staminifera, rotata, 5-partita.

Stamina, 5.

Pistillum 1, ypomenum: stylo brevi.

Stigma, clavatum.

Bacca, 2-locularis, ovata, plurisperma.

Semina, cordata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

Obs. *Species hæc naturalis, bertieræ proxima; cujus affinis.*

CHIOCOCCA. *faux-Chevrefeuille.* *

250. CHAR. DIAGN. *Perigynanda ſtaminifera*, longè tubulata : limbo 5-partito, reflexo.

Bacca, 1-locularis, 2-ſperma, dentibus coronata.

CHAR. PEC. *Fl.* congeſti.

Perigynanda, *propria*, 2-plex : utraque 1-ſepala.

Exterior, 5-dentata, perſiſtens.

Interior ſtaminifera, longè tubulata, cujus limbus 5-partitus, reflexus : laciniis acutis æqualibus.

Stamina, 5.

Piſtillum, rotundum, 1, ypomenum : ſtylo ſimplici.

Stigma, obtuſum.

Bacca, 1-locularis, ſubrotunda, dentibus perigynandæ exterioris coronata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

PSYCHOTRIA. *Pſychotrée.* *

251. CHAR. DIAGN. *Perigynanda ſtaminifera*, hypocrateriformis.

Stigma, 2-lobatum.

Bacca, 1-locularis, 2-ſperma.

Semina, ſulcata.

CHAR. PEC. *Fl.* congeſti.

Perigynanda propria, 2-plex : utraque 1-ſepala.

Exterior, 5-dentata, perſiſtens.

Interior ſtaminifera; hypocrateriformis, cujus limbus, 5-fidus; planus : laciniis acutis.

Stamina 5.

Piſtillum 1, ypomenum, cujus ſtylus ſimplex : ſtigmate bilobato.

Bacca, ſubrotunda, 1-locularis, 2-ſperma.

Semina, hemiſphærica, ſulcata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

Obſ.

Obſ. *Fructus*, *ut præcedentium*, *perigynandâ exteriore perſiſtente*, *coronatur.*

AGYLOPHORA.* *porte-Crochet.**

252. CHAR. DIAGN. *Perigynanda ſtaminifera*, hypocrateriformis, cujus limbus, 5-fidus; extus villoſus.

Stylus, longus.

Fructus, 2-locularis.

CHAR. PEC. *Fl.* in globum congeſti.

Perigynanda propria, 2-plex: utraque, 1-ſepala.

Exterior, campaniformis, minor, 5-dentata, perſiſtens.

Interior, hypocrateriformis, longè tubulata, cujus limbus 5-fidus, extus villoſus.

Stamina 5 breviſſima ad faucem adnata.

Piſtillum 1, ypomenum: ſtylo longo, tenui.

Fructus, 2-locularis, pluriſpermus.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Ourouparia *Aublet.*

Obſ. I. *Stigma in hac ſpecie*, *capitatum*, 2-*ſulcum.*

Obſ. II. *Licet genipæ proxima*, *cum ea confundi nequit*: *ratione diverſitatis in utriuſque ſpeciei partibus fructificationis.*

MUSSENDA. *Muſſendée.**

253. CHAR. DIAGN. *Perigynanda ſtaminifera*, hypocrateriformis, longè tubulata.

Bacca oblonga.

Semina 4-fariam diſpoſita.

CHAR. PEC. *Perigynanda propria*, 2-plex: utraque, 1-ſepala.

Exterior, perſiſtens, 5-fida.

Interior ſtaminifera, hypocrateriformis, cujus limbus, planus, 5-fidus: laciniis acuminatis; hujus tubus longus.

Stamina, 5, tubo inſerta.

Piſtillum, ovatum, ypomenum: ſtylo ſimplici.

Stigmata 2, craſſiuscula.

Bacca, oblonga, 2-locularis, corticoſa, polyſperma, perigynandâ exteriore coronata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

BELLONIA. *Bellonia.*

254. CHAR. DIAGN. *Perigynanda ſtaminifera*, rotata, magna, 5-fida.

Exterior, 5-partita, capſulam obvolvens, roſtrata.

CHAR. PEC. *Perigynanda propria*, 2-plex; utraque 1-ſepala.

Exterior, perſiſtens, 5-partita, capſulam obvolvens, roſtrata, cujus laciniæ, lanceolato-acutæ.

Interior ſtaminifera, rotata, magna, 5-fida.

Stamina, 5 breviſſima: antheris conniventibus.

Piſtillum 1, ypomenum, cujus ſtylus ſubulatus: ſtigmate acuto.

Capſula, 1-loeularis, polyſperma, perigynandâ exteriore obvallata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

Obſ. *Capſula ſubturbinata, ovata.*

CINCHONA. *Quinquina.*

255. CHAR. DIAGN. *Perigynanda ſtaminifera*, longè tubulata infundibuliformis, apice lanata.

Capſula, perigynandâ exteriore coronata, oblonga, 2-partibilis.

CHAR. PEC. *Perigynanda propria*, 2-plex: utraque, 1-ſepala.

Exterior, minima, perſiſtens, campaniformis, 5-dentata.

Interior ſtaminifera, longè tubulata, cujus limbus 5-partitus, lanatus: laciniis patulis.

Stamina 5 in fauce.

Piſtillum 1, ypomenum, *ſtylus*, ſimplex: ſtigmate obtuſo.

Capſula, 2-partibilis, perigynandâ minimâ coronata, 2-locularis, in 2 partes latere dehiſcens: diſſepimento parallelo.

Semina, plura.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

Obſ. *Species hæc, maxime ſingularis: charactere mixto. Nam Sphanidophytis accedit, quòd piſtillum, fructumve ypomenum ſuppeditat coronatum, ut in ſpeciebus hujusce generis; campylophytorum verò affinis, quia ſemina, imbricata: præterea, ſuccum ardentem ſcatet fructus, quo ſucco nares labiaque titillantur, teſte clar. Jacquino: itaque, utrum eadem ſpecies, ad hoc genus, potiùs quàm ad illud campylophytorum pertinere debeat, ſolis experimentis Kolreuteriianis omnis tolletur dubitatio.*

RONDELETIA. *Rondéletie.*

256. CHAR. DIAGN. *Perigynanda ſtaminifera*, hypocrateriformis.

Capſula, 2-locularis, perigynandâ exteriore coronata. CHAR. PEC. *Fl.* congeſti.

Perigynanda propria, 2-plex: utraque 1-ſepala.

Exterior, perſiſtens, 5-partita & 5-dentata.

Interior, hypocrateriformis, cujus limbus, 5-fidus, planus: laciniis ſubrotundis.

Stamina, 5.

Piſtillum ſubrotundum 1; ypomenum.

Capſula, ſubrotunda, 2-locularis; perigynandâ exteriore coronata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

Obſ. *In hac ſpecie, datur proles, cujus perigynanda, 5-partita; capſula, ab apice dehiſcens, in qua ſemina plura.* Altera datur proles, *perigynandam exteriorem, 5-dentatam, acutam, & capſulam 2-ſpermam exhibens.*

Obſ. II. *Rondeletia diſperma Jacquini, ab hac ſpecie excludenda, charactere diverſo.*

PORTLANDIA. *Portlande.*

157. CHAR. DIAGN. *Perigynanda ſtaminifera*, longè tubulata, ventricoſa, cujus limbus 6-5-fidus, erecto-patens.

Capſula, 5-gona, 2-locularis, obovata, apice dehiscens.

CHAR PEC. *Perigynanda propria*, 2-plex: utraque, 1-ſepala.

Exterior, perſiſtens, 5-6-partita.

Interior ſtaminifera, longè tubulata, ventricoſa, cujus limbus, 4-fidus & 5-6-fidus, erecto-patens.

Stamina, 4. 5. 6.

Piſtillum, 5-gonum, ſubrotundum, ypomenum 1.

Stylus, filiformis: ſtigmate indiviſo.

Capſula, perigynandâ exteriore coronata, 5-gona, 2-locularis, apice dehiscens, obovata, lignoſa, 2-valvis, pluriſperma: diſſepimento contrario.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

Obſ. *In unicâ prole, flores ſolitarii, axillares, 4-goni, tetrarini. In altera prole, perigynanda interior, 5-fida, pentarina: tandem in tertiâ & diſtinctâ ejuſdem ſpeciei, hæc perigynanda, retenſita, 6-fida, hexarina.*

CHIMARRHIS. *Bois de Riviere.*

278. CHAR. DIAGN. *Perigynanda exterior*, integra, minor, capſulam, 2-locularem, 2-ſpermam, coronans.

CHAR. PEC. *Fl.* congeſti.

Perigynanda propria, 2-plex: utraque, 1-ſepala.

Exterior brevis, integra, perſiſtens.

Interior ſtaminifera, infundibuliformis, cujus limbus, obtuſus, 5-fidus: tubo breviſſimo.

Stamina, 5, basi hirsuta.

Pistillum 1, ypomenum: stylo simplici & stigmate 2-fido.

Capsula, 2-locularis, 2-valvis, 2-sperma, perigynandâ exteriore coronata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia. Chimarrh. Jacqu.

SIPANEA. *Sipanée.*

259. CHAR. DIAGN. *Perigynanda staminifera*, hypocrateriformis, longè tubulata, cujus limbus 5-partitus, fauce ventricosa.

Capsula, orbiculata, 2-partibilis.

CHAR. PEC. *Fl.* congesti.

Perigynanda propria, 2 plex: utraque 1-sepala.

Exterior, acuta, 5-partita, persistens, apice coarctata.

Interior, hypocrateriformis, staminifera, cujus limbus, 5-partitus: fauce ventricosa.

Stamina 5.

Pistillum, subrotundum, ypomenum: stylo longo.

Stigmata 2.

Capsula, orbiculata, striata, 2-partibilis; perigynandâ exteriore coronata, 2-locularis: loculis polyspermis.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

Obs. *Species immortales: nempè, valeriana, kentrandus, moussetta, odontocarpa, boerrhavia, ixora, morinda, pavetta, petesia, lonicera, cobæa, juchia, lobelia, triosteum, ronabea, hamelia, nonatelia, pechaya, furchia, loranthus, coffea, sambucus, viburnum, psichotria, chiococca, mussenda, cinchona, rondeletia, & portlandia, compositæ: cæteræ, quæ in hoc genere recensentur, uti mitrophora, morina, chomelia, michella, diervilla, bellonia, simphoricarpa, symphoria, cyphia, dormania, stoonia, laurentia, scævola.*

laugeria, *catesbæa*, *ramspekia*, *bertiera*, *ſabicea*, *ſantalum*, *mathiola*, *erythalis*, *genipa*, *agylophora*, *ſipanea* & *chimarrhis*, *ſimplices hucuſque quòd in ſola prole*; priores contrà, *in pluribus conſiſtunt*.

VI. GENUS.

GITONOPHYTUM.

TABULA VI.

CHARACTER DIAGNOSTICUS.

Fructificatio, capitiformis & umbellam veram simulans.

Fructus, formâ diversus.

Bractea, fructificationi subjecta.

CHARACTER UNIVERSALIS.

Fructificatio, monogamica; monoïco-polygamica; & dioïco-polygamica, congesta; alia capitiformis; alia umbellæformis *fig.* 1. 2. 3. 4; alia paniculæformis.

Perigynanda communis, nulla.

Propria, simplex & duplex: duplicis exterior, monosepala, epimena, minima, quinquedentata *fig.* 11; alia, pentasepala.

Perigynanda exterior, sexus proxime circumdans, pentasepala, deciduo *fig.* 5. 7. 10; alia: sepalis inæqualibus *fig.* 6; alia monosepala, cruciformis *fig.* 8; alia: sepalis bicornutis; alia monosepala 4-5-partita &c.

Stamina quatuor, quinque, libera, perigynandæ minimæ exteriori inserta.

Pistillum, solitarium, ypomenum; alia plura & nullum.

Stylus simplex; alii plures, tandem nulli.

Fructus, baccatus; achenaceus; capsularis & semina aggregata.

Bacca, quinquelocularis *fig.* 13. 14; alia bilocularis, disperma *fig.* 15; alia globosa unilocularis.

Achena, unilocularis: loculo monospermo *fig.* 16; alia biloçularis ossea, hispida; alia unilocularis.

Fructus aggregatus, in duo semina distincta dividitur *fig.* 17; alius orbiculatus inque semina duo divisus.

Capsula, dicocca.

Semen, oblongum.

Bractea, fructificationi subjecta, generalis & partialis: generalis, polyphylla; partialis, monophylla *fig.* 4. *aaaa*; alia diphylla; tetraphylla & nulla.

Species naturales in hoc genere, caulescentes.

Folia, simplicia & composita.

CLAVIS.

Species naturales generis Gitonophytorum, sunt monoganicæ,

- Flores tetrarini.
  - Baccâ 1-loculari.

Monoïco-Poligamicæ,

- Fl. pentarini.
  - Semine oblongo.
  - Baccâ 1-loculari.
  - Baccâ 5-loculari.
  - Capsulâ 1-loculari.
  - Fructu in 2 semina divisa.

- Fl. pentarini.
  - Fructu orbiculato.
  - Capsulâ 2-coccâ.
  - Achenâ 1-locularis.

Et Dioïco-Polygamicæ.

- Fl. pentarini.
  - Achenâ 2-locularis.
  - Baccâ 2-locularis.

SPECIES NATURALES

GITONOPHYTORUM.

ARCTOPUS. *Pied d'ours.*

260. CHARACTER DIAGNOSTICUS.

Mares, floſculorum androgynorum, in centro fructificationis; feminæ, in ambitu.

Achena, oſſea, hiſpida, 2-locularis.

CHARACTER PECULIARIS.

Fructificatio, dioïco-polygamica, aggregata, umbelliformis.

Mares floſculorum androgynorum, plures in centro; in circuitu ejuſdem fructificationis, feminæ 4.

Perigynanda propria, utrorumque floſculorum, 2-plex.

Exterior, minima, perſiſtens, margine 5-dentata, 1-ſepala.

Interior, 5-ſepala, decidua.

Stamina 5, perigynandæ minimæ inſerta.

Piſtilla 2. 4.

Achena, oſſea, hiſpida, 2-locularis, ypomena.

In diverſis ejuſdem ſpeciei individuis, *mares*, perigynandæ.

Stamina, ut in floſculis androgynis.

Bractea, in centro maſculos includens, maximæ 1-phylla, ſpinoſa; in peripheriâ feminæ 4.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

HERMAS. *Faux-Nid de lievre.*

261. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, floſculorum maſculorum & monogamicorum, 5-ſepala.

Fructus, orbiculatus, angulis dehiſcens & in ſemina 2-orbiculata, diviſus.

CHAR. PEC. *Fructific.* monoïco-polygamica, aggregata, umbellæformis, hemisphærica.

Perigynanda propria, floſculorum monoclinorum ac maſculorum, 2-plex.

Exterior, minima, perſiſtens, 5-dentata, ſtaminifera.

Interior, 5-ſepala, decidua: ſepalis integris.

Stamina monoclinorum, 5, ſterilia.

Piſtillum 1, ypomenum: ſtylis 2, erectis.

Fructus, orbiculatus, angulis dehiſcens, baſi emarginatus, in ſemina 2 ſubrotunda, diviſus.

Bractea generalis, polyphylla; partialis, 2-phylla.

Stamina, maſculorum, fertilia.

Fructus, nullus; *utraque perigynanda*, & bracteæ, ut in monoclinis.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

SOLANDRA. *Solandre.*

262. CHAR. DIAGN. *Perigynanda propria*, floſculorum monoclinorum, ſimplex, 6-ſepala; ea maſculorum, 5-ſepala.

Capſula, 2-cocca.

CHAR. PEC. *Fructific.* monoïco-polygamica, aggregata, umbellæformis, ſimplex.

Perigynanda propria, floſculorum monoclinorum, ſimplex, 6-ſepala: ſingula, æqualia.

Stamina 6, diſco minimo inſerta.

Piſtillum, ypomenum: ſtylis 2, recurvis.

Capſula, 2-cocca.

Perigynanda floſculorum maſculorum, ſimplex, 5-ſepala, æqualis.

Stamina 5,

Piſtillum, nullum.

Fructus, nullus.

Bractea generalis in utrisque plantis diſtinctis, nulla; partialis, 4-phylla, cujus foliola, umbellæformem fructificationem adæquant.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

Obſ. I. *Floſculi maſculi 4, pedunculati, in ambitu; femineus floſculus, unicus, ſeſſilis, in centro fructificationis.*

Obſ. II. *Solandræ nomen, retinemus, quod in editione J. J. Reichardi receñſitur, quia ſolandra lobata Syſtem. Veget. Ed. XIV, ſidæ characterem exhibet, ut nobis aſſerit DD. Medicus, id quòd ſpeciminibus vivis, obſervari meretur.*

PANAX. *Araliaſtre.*

265. CHAR. DIAGN. *Perigynanda exterior*, floſculorum monoclinorum ſ. maſculorum & femineorum, in iisdem plantis, minima, 1-ſepala, 5-dentata; *ea* maſculorum diſtinctorum, turbinata, integra.

CHAR. PEC. *Fructific.* Dioïco-polygamica, aggregata, umbellæformis.

Perigynanda propria, monoclinorum, 2-plex.

Exterior, minima, ſtaminifera, margine 5-dentata, perſiſtens.

Interior, decidua, 5-ſepala: ſepalis æqualibus, recurvis.

Stamina 5, breviſſima, caduca.

Piſtillum 1, ypomenum, ſtylis 2.

Bacca, 2-locularis, 2-ſperma.

Semina, cordata.

Bractea generalis, polyphylla, minor, perſiſtens, partialis, nulla.

Mares, in diverſis individuis, quorum perigynanda, minima, ſtaminifera, integerrima, turbinata: piſtillo & fructu, nullis.

Bractea, ut in monoclinis.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.

ECHINOPHORA. *Echinophore.*

264. CHAR. DIAGN. *Floſculi*, laterales fructificationis, maſculi; centrales, monociini; achena, 1-locularis: loculo 1-ſpermo.
CHAR. PEC. *Fructific.* monoïco-polygamica, aggregata, umbellæformis.

Floſculi, laterales maſculi; *centrales* monoclini.
Perigynanda propria, 2-plex.
Exterior, floſculorum monoclinorum, 1-ſepala, minima, margine 5-dentata, perſiſtens, ſtaminifera.
Interior, 5-ſepala, patens: ſepalis deciduis, inæqualibus.
Stamina 5.
Piſtillum, 1, ypomenum: ſtylis 2.
Achena, 1-locularis: loculo 1-ſpermo.
Perigynanda utraque, & ſtamina, ut in monoclinis.
Piſtillum, nullum.
Fructus, nullus.
Bractea generalis, polyphylla; partialis, 1-phylla, plurifida.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia compoſita.

LAGOECIA. *Nid de lievre.*

265. CHAR. DIAGN. *Bractea partialis*, 4-phylla, capillacea, pennata.
Perigynanda exterior, 5-ſepala cujus ſingula ſepala, capillaceo-pinnatifida.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica, aggregata, umbellæformis.
Perigynanda propria, 2-plex; utraque, 5-ſepala.
Exterior, capillaceo pinnatifida, decidua.
Interior: 2-cornutis ſepalis.
Stamina 5.

Piſtillum 1, ypomenum.
Stylus, ſimplex.
Semen, oblongum.
Bracteæ generalis, 8-phylla; pennata: partialis, 4-phylla, capillaceo-pennata.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia compoſita.

HEDERA. *Lierre d'arbre.*

266. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, 5-ſepala, patens, apice reflexa.
Bacca, 1-locularis; 5-ſperma.
Folia ſimplicia.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica, aggregata, umbellæformis, ſimplex.
Perigynanda propria, 2-plex.
Exterior perſiſtens, minima, 1-ſepala, 5-dentata.
Interior, 5-ſepala, decidua, patula, apice reflexa.
Stamina 5.
Piſtillum 1, ypomenum, perigynanda exteriore, terminatum.
Stylus, ſimplex.
Bacca, globoſa, 1-locularis, pluriſperma.
Semina gibboſo-angulata.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.
Obſ. *Piſtillum in hac ſpecie, ypomenum; in pſeudera epimenum obſervante cl. Schrebero.*

PSEDERA.* *Faux-Lierre d'arbre.* *

267. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, 4-5-ſepala, patens, fornicata.
Piſtillum, epimenum.
Bacca, 4-ſperma.
Folia compoſita.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica, aggregata, umbellæformis, globoſa.
Perigynanda propria, 2-plex.

Exterior, I-ſepala, minima, margine dentata, perſiſtens.

Interior, I-ſepala, decidua: ſepalis deciduis.

Stamina 5, perigynandæ exteriori inſerta.

Piſtillum I, epimenum: ſtylo ſimplici.

Bacca, ovata I-locularis, 4-ſperma.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia compoſita. Quæd. Heder. *Linn.*

CISSUS. *Irſiole.*

268. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, I-ſepala, 4-partita.

Exterior, ſtaminifera, minima, margine 5-dentata.

Bacca, I-locularis, I-ſperma.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica, aggregata, umbellæformis.

Perigynanda propria, 2-plex: utraque I-ſepala.

Exterior, minima, margine 5-dentata, ſtaminifera.

Interior, 4-partita: laciniis patulis.

Stamina 4.

Piſtillum, I, rotundum, ypomenum, retuſum: ſtylo ſimplici.

Bacca, I-locularis, I-ſperma, rotunda.

Bractea, polyphylla; minor.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

Obſ. *Ciſſus trifoliata & acida L., folia compoſita cæterasque in fructificatione diſcrepantias proferentes, ab hac ſpecie excludi debent.*

ARALIA. *Aralie.*

269. CHAR. DIAGN. *Styli* 5, perſiſtentes.

Bacca, 5-locularis 5-ſperma, perigynandâ exteriore terminata.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica, aggregata, globoſa.

Perigynanda propria, 2-plex.

Exterior, minima, ſtaminifera, perſiſtens, epimena, I-ſepala, margine 5-dentata.

Interior, 5-ſepala : ſepalis acutis, ſeſſilibus, reflexis.
Stamina 5.
Piſtillum, ſubrotundum, ypomenum.
Styli, 5, perſiſtentes, breviſſimi.
Bacca, 5-locularis, 5-ſperma, ſubrotunda.
Bractea, minor.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia compoſita.

PHYLLIS. *Nobline.*

270. CHAR. DIAGN. *Fructus*, in ſemina 2 diviſus.
Stigmata 2, hiſpida.
Stylus, nullus.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica, aggregata, paniculæformis.
Perigynanda propria, ſimplex, 1-ſepala : laciniis, 5-partitis, linearibus, lanceolatis, revolutis.
Stamina 5, perigynandæ inſerta, flaccida.
Piſtillum 1, ypomenum : ſtylo nullo.
Stigmata, 2, hiſpida, reflexa.
Fructus, oblongus, in 2 ſemina diviſus.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.
Obſ. I. *Hermas, lagœciæ proxima, cujus affinis.*
Obſ. II. *Perigynandam 2-plicem, in phyllide tribuit Linnæus, cujus exterior, 2-ſepala; interior, 5-ſepala; contrà perigynandam ſimplicem 1-ſepalam, 5-partitam: laciniis 5 revolutis, aſſerit magnus Dillenius. Specimenibus vivis hoc determinandum eſt.*
Obſ. III. *Arctopus, hedera, pſedera, ſolandra, & phyllis, ſpecies immortales, ſimplices hucusque: cæteræ, compoſitæ.*
Obſ. IV. *Gitonophyta, cum ſcadiophytis proximè connectuntur, echinophorâ, hermâ & arctopo, quarum affinia ſunt.*

VAHLIA. *Vahlie.*

271. CHAR. DIAGN. *Styli* 2.
Capsula, truncata, plurisperma, 1-locularis, 2-valvis.
Bracteæ, pedunculares.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Perigynanda propria, 2-plex.
Exterior, 5-sepala, patula, concava, persistens.
Interior, 5-sepala, exteriore brevior: sepalis ovatis, concavis, deciduis.
Stamina 5 intra sepala interiora inserta.
Pistillum 1.
Styli 2, erecto-patentes.
Capsula, truncata, 1-locularis, 2-valvis, plurisperma.
Bracteæ pedunculares.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia simplicia.
Obs. *Species hæc naturalis, etiamnunc simplex.*

VII. GENUS.

SCADIOPHYTUM.

TABULA VII.

CHARACTER DIAGNOSTICUS.

Fructificatio, umbellata.
Fructus communiter in duo femina distincta divisus.
Petioli, caulem vaginantes.

CHARACTER UNIVERSALIS.

Fructificatio monogamica, monoïco-polygamica, alia dioïco-polygamica, umbellata *fig.* I.
Perigynanda communis, nulla.
Perigynanda propria, minima, persistens, disciformis, plus minusve notabilis, obsolete marginata, aut pluridentata *fig.* 5, *a a.*
Flosculi, epimeni, pentasepali *fig.* 2. 3. 4; sepala, marginibus perigynandæ, affixa, inter se æqualia, apice emarginata, inflexo-cordata *fig.* 2; alia ad apicem integra incurvaque *fig.* 3. 3; alia, inæqualia, inflexo-cordata *fig.* 4; obcordata; alia involuta; trigona; bilobata; alia introflexa, &c.
Stamina, quinque libera s. distincta, æqualia, perigynandæ disciformi, insidentia & cum sepalis flosculorum alternantia *fig.* 2. 3. 4.
Pistillum: stylis duobus *fig.* 5 *b b.*
Fructus, achenaceus & seminiscens: achenaceus immaturus, indivisus *fig.* 6. 7: seminiscens immaturus, indivisus, ypomenus, striatus *fig.* 8; liro-sulcatus *fig.* 9; oblongus lævisque *fig.* 10; alius setulis tectus *fig.* 11; hispido-aculeatus *fig.* 12; repando-crenatus fig. 13; alius alia

membranacea cinctus *fig.* 14; polypterus *fig.* 15; alius foliolis denticulisve perigynandiæ, coronatus *fig.* 16. 17, subulatus *fig.* 18; alius oblongo-acutus *fig.* 19; angulato-sulcatus *fig.* 20. Maturus fructus, in duo semina filo annexa dividitur *fig.* 21, &c.

Petiolus, caulem vaginans *fig.* 22.

Bracteæ, generalis & partialis: generalis, monophylla; alia, polyphylla *fig.* I *aaa*, alia, oligophylla & nulla.

Bractea partialis, polyphylla; alia, oligophylla *fig.* I *bbb*, & nulla.

CLAVIS.

Species naturales generis Scadiophytorum, sunt bracteatæ.

- Fructu achenaceo.
- Semine striato.
- Semine liro-sulcato.
- Semine hirto.
- Semine hispido-muricato.

Fl. monogamici.
- Semine repando-crenato.
- Semine striato-alato.
- Semine striato-membran.
- Semine polyptero.

- Semine foliolis coronato.
- Sem. orbiculato-compresso.
- Semine striato-villoso.
- Semine tuberculato.

Fl. monoïco-polygamici.
- Semine striato.
- Sem. muricato-scabro.
- Sem. uncinato-hispido.
- Sem. liro-sulcato.
- Sem. squamis hispido.
- Sem. polyptero.
- Sem. striato ac denticulis coronato.

Et ebracteatæ.
- Sem. subulato.
- Sem. marginato-crenato.
- Sem. lævi acuminato.
- Fructu achenaceo.

Fl. monogamici.
- Semine striato-exalato.
- Sem. striato-alato.
- Sem. sulcato.
- Sem. striato-membranaceo.
- Sem. sulcato-membranaceo.

Fl. monoïco-polygamici.
- Semine striato.
- Sem. sulcato.

Fl. dicïco-polygamici.
- Semine sulcato.

SPECIES NATURALES
SCADIOPHYTORUM.

AMMI. *Amnie.*

272. CHARACTER DIAGNOSTICUS.

Fructus ovatus, ſtriatus.
Bractea partialis indiviſa.

CHARACTER PECULIARIS.

Fructificatio monogamica.
Floſculi umbellæ univerſalis, 5-ſepali, fertiles.
Sepala in peripheriâ floris, inæqualia, inflexo-cordata.
Alia centrum occupantia, æqualia.
Stamina 5, perigynandæ diſciformi inſidentia.
Fructus, ovatus, utrinque ſtriatus, convexus, in 2 ſemina, diviſus.
Bractea generalis, pinnatifida: *partialis*, indiviſa.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia compoſita.

BUNIUM. *Terre-noix.*

273. CHAR. DIAGN. *Sepala* æqualia, inflexo-cordata.
Fructus, ovatus, utrinque ſtriatus.
Utraque bractea, polyphylla.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Floſculi umbellæ univerſalis, fertiles, monogamici: ſinguli, 5-ſepali.
Sepala, æqualia, inflexo-cordata.
Stamina 5, perigynandæ diſciformi, inſerta.
Fructus, ovatus, utrinque ſtriatus, convexus, in 2 ſemina, bipartibilis.

Bracteæ generalis partialisque, polyphyllæ.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia compoſita.
Obſ. *Species hæc naturalis, etiamnunc ſimplex: præcedens verò compoſita.*

CRITHMUM. *Fenouil marin.*

274. CHAR. DIAGN. *Sepala* inter ſe æqualia, apice inflexa.
Fructus, compreſſus.
Bractea utraque, polyphylla.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Floſculi umbellæ univerſalis, 5-ſepali, fertiles.
Sepala lingula, æqualia, ovata, apice inflexa.
Stamina 5, perigynandæ diſciformi inſidentia.
Fructus, planus, compreſſus, ovatus, utrinque ſtriatus, in ſemina 2, bipartibilis.
Bractea generalis & partialis, polyphyllæ.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia compoſita.

SISON. *Siſone.*

275. CHAR. DIAGN. *Sepala* æqualia.
Fructus ovatus, utrinque ſtriatus.
Bractea utràque, oligophylla.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Floſculi, umbellam univerſam formantes, fertiles: ſinguli, 5-ſepali: ſepalis æqualibus, integris, apice inflexis.
Stamina 5, perigynandæ diſciformi inſerta.
Fructus, ovatus, utrinque ſtriatus, gibboſus, in ſemina 2, bipartibilis.
Bracteæ generalis partialiſque, oligophyllæ.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia compoſita.
Obſ. *Hæc & præcedens ſpecies, compoſitæ.*

ALACOSPERMUM.* *Alacosperme.**

276. CHAR. DIAGN. *Sepala*, inter se æqualia.
Fructus, oblongus, liro-sulcatus.
Bractea partialis, oligophylla.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Flosculi umbeliæ universalis, 5-sepali, fertiles; sepala singula, cordata, æqualia.
Stamina, 5, perigynandæ disciformi inserta.
Fructus, utrinque liro-sulcatus, versus apicem attenuatus, acutus, oblongus, in semina 2, bipartibilis: singula, gracilia, hinc sulcata, inde plana.
Bractea generalis, nulla; *partialis*, oligophylla.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia composita. Quæd. Sif. Lin.

CACHRYS. *Armarinthe.*

277. CHAR. DIAGN. *Sepala* inter se æqualia.
Achena, ovata, angulata, 2-sperma.
Bractea utraque, polyphylla.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Flosculi umbellæ universalis, 5-sepali, fertiles.
Sepala singula, lineari-lanceolata, erectiuscula, inter se æqualia.
Stamina 5, perigynandæ disciformi inserta.
Achena, sungosa, ypomena, angulata, ovata, in partes 2, bipartibilis; singula pars semen fovens.
Bracteæ generalis, *partialisque*, polyphyllæ.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia composita.
Obs. *Alacospermum, etiamnunc species simplex, cachrys autem composita.*

ARPITIUM.* *faux-Aliſperme.**

278. CHAR. DIAGN. *Mares* in centro umbellæ, monogamici, in ambitu ejuſdem umbellæ.

Fructus, ſubulatus.

Bractea utraque, 1-phylla.

CHAR. PEC. *Fructific.* monoïco-polygamica.

Floſculi umbellam univerſam conſtituentes, 5-ſepali.

Sepala, inflexo-cordata, ſubæqualia.

Mares in centro ſteriles.

Floſculi hermaphroditici, in peripheriâ umbellæ fertiles.

Stamina, 5, perigynandæ diſciformi inſidentia.

Fructus, ſubpolypterus, ſive ſubulatus, oblongus.

Alæ, breves, molendinæ formes.

Fructus matureſcens, in ſemina 2, bipartibilis.

Bractea utraque, ſæpe 1-phylla.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia compoſita. Quæd. Laſerpit. Linn.

LASERPITIUM. *Aliſperme.**

279. CHAR. DIAGN. *Sepala* inter ſe ſubæqualia.

Fructus, pluripterus.

Bractea utraque, polyphylla.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Floſculi umbellæ univerſalis, 5-ſepali, fertiles.

Sepala omnia, obcordata, ſubæqualia, inflexa.

Stamina, 5 perigynandæ diſciformi inſerta.

Fructus, oblongus, pluripterus: alis membrano-molendinaceis. Maturus *fructus*, in ſemina 2, bipartibilis.

Bracteæ generalis partialiſque, polyphyllæ.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia compoſita. Quæd. etiam Selina Linn.

Obſ. *Species hæc naturalis, compoſita; arpitium & bradlæia, utraque ſpecies ſimplex.*

BRADLÆIA.* *Bradlée.**

280. CHAR. DIAGN. *Sepala*, inter ſe æqualia.

Achena, 2-ſperma.

Bracteæ utraque, oligophylla.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica, ſubgloboſa: umbellæ partiales in globum fere congeſtæ.

Floſculi univerſalis umbellæ, fertiles; 5-ſepali, æquales, inflexo-cordati.

Stamina, 5, perigynandæ diſciformi inſerta.

Achena, ypomena, oblonga, fungoſa, dorſo ac peripheriæ alata: matureſcens, in 2 partes, diviſibilis: ſingulæ, ſemen ſolitarium fovens.

Bracteæ generalis partialiſque, oligophyllæ.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia compoſita. Quæd. Laſerp. Linn.

CUMINUM. *Cumin.*

281. CHAR. DIAGN. *Sepala*, ſubæqualia, inflexo-emarginata.

Fructus, utrinque ſtriatus.

Umbellulæ 4.

Bracteæ generalis partialiſque, 4-fidæ.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Floſculi umbellæ univerſalis 5-ſepali, fertiles; ſepala ſingula, ſubæqualia, inflexo-emarginata.

Stamina 5, perigynandæ diſciformi, inſerta.

Fructus, oblongus, utrinque ſtriatus, in ſemina 2, bipartibilis: pars ſingula, hinc gibboſa, inde plana.

Bracteæ generalis partialiſque, 4-partitæ.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia compoſita.

Obſ. *In prole ſolitariâ, hucuſque conſtitit hæc ſpecies: hoc pacto, ſimplex eſt.*

FERULA. *Ferulæ.*

282. CHAR. DIAGN. *Sepala* oblonga, integra.
Fructus, ovatus; in 2 semina bipartibilis: singula, striis 3 notata.
Bracteæ utraque, polyphylla.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Flosculi universalis umbellæ fertiles: singuli 5-sepali.
Sepala, oblonga, integra.
Stamina 5, perigynandæ disciformi inserta.
Fructus, ovalis, compressus, utrinque striatus, in semina 2, bipartibilis: pars singula, decorticata, sæpe striis 3 notata.
Bracteæ generalis ac *partialis*, polyphyllæ.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia composita.

BUPLEVRUM. *Oreille de lievre.*

283. CHAR. DIAGN. *Sepala* flosculorum involuta.
Fructus, oblongus, striatus, convexus.
Bractea utraque, polyphylla.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Flosculi umbellæ universalis, fertiles: singuli, 5-sepali.
Sepala, æqualia, involuta, integra.
Stamina, 5, perigynandæ disciformi insidentia.
Fructus, oblongus, superne striatus, convexus, in semina 2, bipartibilis.
Bracteæ generalis partialisque, polyphyllæ.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia simplicia.
Obs. *Species hæc naturalis, illaque ferulæ, utraque composita.*

CUSSONIA. *Cussone.**

284. CHAR. DIAGN. *Discus proprius*, margine dentatus.
Sepala, 3-gona.
Achena, 2-locularis.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica; 4-radiata.
Flosculi umbellæ universalis, 5-sepali.
Sepala, 3-gona, acuta.
Stamina, 5, perigynandæ disciformi inserta.
Achena, 2-locularis: loculis 1-spermis.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia composita.

SIUM. *Berle.*

285. CHAR. DIAGN. *Sepala*, æqualia.
Fructus, ovato-subrotundus, exalatus, liro-sulcatus.
Bractea, *utraque* polyphylla.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Flosculi umbellæ universalis, 5-sepali, fertiles.
Sepala, æqualia, inflexo-cordata.
Stamina, 5, perigynandæ disciformi inserta.
Fructus, ovato-subrotundus, utrinque liro-sulcatus, exalatus: matureſcens, in semina 2 divisus: singula hinc gibba, inde plana.
Bracteæ generalis partialisque, polyphyllæ.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia composita.
Obs. *Hæc & præcedens, utraque species naturalis composita.*

MAUCHARTIA.* *Mauchartie.**

286. CHAR. DIAGN. *Sepala*, æqualia.
Fructus, oblongus, convexo-ſtriatus.
Bractea utraque, ſetacea.
CHAR. PEC. *Fructific.* monoïco-polygamica.
Floſculi umbellæ univerſalis, 5-ſepali; monogamici omnes, fertiles, regulares: ſepalis introflexis.
Maſculi, monogamicis minores, campaniformes, ſteriles.
Stamina, 5, perigynandæ diſciformi inſerta.
Fructus, oblongus, ſtriatus, in femina 2 diviſus.
Bractea generalis, polyphylla, foliolis inæqualibus ſetaceis conſians.
Partialis, umbellulâ brevior.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia compoſita. Quæd. Sia Linn.

GOHORIA.* *fauſſe-Carotte.**

287. CHAR. DIAGN. *Sepala*, floſculorum 2-lobata, inflexa.
Fructus, glaber, compreſſus, ſtriato-oblongus.
Diſcus communis, ſubrotundus, cum bracteâ coalitus.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Floſculi omnes, fertiles, 5-ſepali: *ſingula ſepala*, 2-lobata, inflexa.
Stamina, 5, perigynandæ diſciformi inſerta.
Fructus, depreſſus, yponenus, glaber, ſtriato-oblongus, in ſemina 2 diviſus.
Diſcus communis fructificationis, ſolidus, ſubrotundus.
Bractea generalis, 1-phylla, pluripartita, cum diſco communi coalita.
Partialis, polyphylla.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia compoſita. Quid. Dauci *Linn.*

DAUCUS. *Carotte.*

288. CHAR. DIAGN. *Sepala* floſculorum in centro umbellæ, inter ſe æqualia; in peripheriâ, inæqualia.

Fructus, hirtus.

Bractea utraque, polyphylla.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Umbella univerſalis florens plana; fructeſcens concaviuſcula.

Floſculi, fertiles: ſinguli, 5-ſepali.

Sepala, in medio umbellæ, inter ſe æqualia, in peripheriâ inæqualia: ſepalo exteriore reliquis majore.

Stamina 5, perigynandæ diſciformi, inſerta.

Fructus, undique hirtus ſ. muricatus, in ſemina 2 diviſus.

Bractea utraque, polyphylla.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

CAUCALIS. *Hériſſonée.*

289. CHAR. DIAGN. *Floſculi* umbellæ *marginales*, monogamici: *centrales*, maſculi.

Fructus, uncinato-hiſpidus.

CHAR. PEC. *Fructific.* monoïco-polygamica.

Floſculi umbellæ; *marginales*, monogamici, fertiles: *centrales*, maſculi, ſteriles: utrique, 5-ſepali.

Sepala maris, inflexo-cordata, æqualia, *ea* monogamicorum floſculorum, inæqualia: extimo cæteris majore.

Stamina 5, perigynandæ diſciformi inſerta.

Fructus, undique uncinato-hiſpidus, in ſemina 2, bipartibilis.

Bracteæ generalis partialiſque, polyphyllæ.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia compoſita. Quæd. etiam Conia, Scandic. & Dauci *Linn.*

Obſ. *Mauchartia & Gohoria, utraque ſpecies naturalis hucuſque ſimplex: daucus verò & caucalis, utraque ſpecies compoſita.*

SANICULA. *Saniole.*

290. CHAR. DIAGN. *Flosculi centrales*, masculi: reliqui, monoclini.

Fructus, muricatus seu scaber.

CHAR. PEC. *Fructific.* monoïco-polygamica; umbellato-capitata.

Flosculi umbellæ, 5-sepali; centrales, masculi, sterriles.

Exteriores s. *marginales*, monogamici, fertiles.

Sepala flosculorum, integra, introflexa.

Stamina, 5, perigynandæ disciformi inserta.

Fructus, ovatus, utrinque convexus muricatus s. scaber: maturus, in semina 2 bipartibilis.

Bracteæ generalis, *partialisque*, *polyphyllæ.*

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

ATHAMANTHA. *Athamanthe.*

291. CHAR. DIAGN. *Sepala*: apice inflexo.

Fructus, striato-villosus.

Bracteæ utraque, polyphylla.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Flosculi umbellæ universalis, 5-sepali, omnes fertiles.

Sepala apice introflexa.

Stamina, 5, perigynandæ disciformi insidentia.

Fructus, utrinque striato-villosus: maturus, in semina 2, bipartibilis: singula, hinc convexa, inde plana.

Bracteæ generalis partialisque, polyphyllæ.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia composita. Quæd. etiam Bubon. *Linn.*

Obs. *Hæc & Janicula, utraque species naturalis* composita.

GALBANOPHORA.* *Galbanophore.**

292. CHAR. DIAGN. *Flosculi centrales* umbeliæ masculi: *reliqui* monogamici.

Fructus: teres lævisque.

CHAR. PEC. *Fructific.* monoïco-polygamica.

Flosculi umbellæ universalis 2-plicis generis; in centro masculi, steriles, in peripheriâ umbellæ densæ, monogamici, fertiles; utrique, 5-sepali: sepalis integris, apice inflexis.

Stamina, 5 perigynandæ disciformi inserta.

Fructus, teres, lævisque, glaber: maturescens, in semina 2, bipartibilis.

Bracteæ generalis partialisque, polyphyllæ.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia composita. Bubon. *Linn.*

LIGUSTICUM. *Levêche.*

293. CHAR. DIAGN. *Sepala*, introrsum carinata, inter se æqualia.

Fructus, liro-sulcatus: sulcis rigidulis.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica; umbellæ universalis partialisque planiusculæ, in globum minime congestæ.

Flosculi, 5-sepali, fertiles: sepalis inter se æqualibus, introrsum carinatis.

Stamina 5, perigynandæ disciformi inserta.

Fructus, liro-sulcatus: sulcis rigidulis: maturus, in semina 2 distincta bipartibilis.

Bractea utraque, polyphylla.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia composita.

Obs. *Hæc species naturalis composita: illa præcedens simplex hucusque.*

CONIUM. *Cigue.*

294. CHAR. DIAGN. *Sepala*, inter se inæqualia, cordato-inflexa.

Fructus, subrotundus, striatus, utrinque crenatus.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Flosculi umbellæ universalis, omnes fertiles, 5-sepali.

Sepala, inter se inæqualia, cordato-introflexa.

Stamina, 5, perigynandæ disciformi inserta.

Fructus, subrotundus, angulato-striatus, utrinque margine crenatus: maturus, in semina 2, bipartibilis.

Bracteæ generalis partialisque, polyphyllæ.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia composita.

DASYSPERMUM.* *Dasysperme.**

295. CHAR. DIAGN. *Sepala* flosculorum centralium, æqualia; marginalium inæqualia.

Fructus, undique hispido-muricatus.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Flosculi umbellæ universalis fertiles, 5-sepali.

Sepala in centro umbellæ, inter se æqualia, *ea marginalia* seu *exteriora*, inæqualia.

Stamina, 5, perigynandæ disciformi inserta.

Fructus, undique hispido-muricatus: matureſcens, in semina 2 distincta divisus.

Bractea utraque, polyphylla.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia composita. Quæd. Conia, Tordyl. Amm. & Scandic. *Linn.*

Obs. *Hæc species naturalis composita: præcedens, simplex, siquidem prolem unicam etiamnunc exhibet illa.*

HASSELQUISTIA.

HASSELQUISTIA. *Hasselquiste.*

296. CHAR. DIAGN. *Flosculi centrales* umbellæ, masculi; *reliqui*, monoclini.

Fructus, in circuitu fructificationis, ovatus, margine crenatus.

CHAR. PEC. *Fructific.* monoïco-polygamica.

Flosculi umbellæ universalis, 5-sepali; in peripheriâ monoclini, fertiles.

Sepala, inter se inæqualia, inflexa, 2-fida, patula.

Flosculi centrales umbellæ generalis, masculi steriles; unico fertili; horum sepala, æqualia, inflexa, 2-fida.

Stamina, 5, perigynandræ disciformi inserta.

Fructus, in circuitu umbellæ margine crenatus; in medio unicus, hemisphærico-urceolatus.

Bractea utraque, polyphylla.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

TORDYLIUM. *Tordilée.*

297. CHAR. DIAGN. *Sepala* flosculorum centralium umbellæ, inter se æqualia: marginalium, inæqualia.

Fructus, orbiculatus, repando-crenatus.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Flosculi in peripheriâ umbellæ, fertiles, 5-sepali.

Sepala, inflexo-cordata: extimo 2-partito, reliquis majore.

Flosculi centrum umbellæ occupantes steriles: sepalis, æqualibus.

Stamina 5, perigynandræ disciformi inserta.

Fructus, duplo-orbiculatus, margine repando-crenatus: maturus, in semina 2 divisus.

Bractea utraque, polyphylla.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia composita.

Obs. *Hæc & præcedens, species utraque naturalis* *composita.*

HYDROCOTILE. *Ecuelle d'eau.*

298. CHAR. DIAGN. *Umbella* ſimplex.
Fructus, orbiculatus, compreſſo-planus.
Bractea partialis, nulla.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Floſculi umbellam ſimplicem formantes, fertiles, 5-ſepali.
Sepala, ovata, acuta, integra.
Stamina 5, perigynandæ diſciformi inſerta.
Fructus, orbiculatus, compreſſo-planus: maturus, in ſemina 2 diviſus.
Bractea generalis, oligophylla: *partialis*, nulla.
Proles in hac ſpecie, ſcapoſæ.
Folia ſimplicia.
Obſ. *Species hæc, ſimplex hucusque.*

SELINUM. *Séline.*

299. CHAR. DIAGN. *Sepala* floſculorum inter ſe æqualia.
Fructus, ſubrotundus, compreſſus, margine membranaceus.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Floſculi umbellæ univerſalis, omnes fertiles, 5-ſepali.
Sepala ſingula, inter ſe æqualia, apice introflexa.
Stamina, 5, perigynandæ diſciformi inſerta.
Fructus, ſubrotundus, compreſſus, ſ. planus, ſupra ſtriatus ſulcatusque, ad marginem alatus ſive membranaceus: maturus, in ſemina 2 diviſus.
Bracteæ generalis partialisque polyphyllæ.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia compoſita. Quæd. etiam Atham. *Linn.*

ALLINUM. * *Fauſſe-Séline.* *

300. CHAR. DIAGN. *Mares* in centro umbellæ : hermaphroditi ſeu monogami, in ambitu.

Fructus, liro-ſulcatus.

CHAR. PEC. *Fructific.* monoïco-polygamica.

Floſculi centrales, umbellæ univerſalis, ſteriles, maſculi; *illi* marginem occupantes, monogamici, fertiles.

Sepala utrorumque inter ſe æqualia, inflexo-cordata.

Stamina 5, perigynandæ diſciformi inſerta.

Fructus; ovato-ſubrotundus, depreſſus, ſuperne liro-ſulcatus, alâ membranaceâ cinctus: matureſcens, in ſemina 2 diviſus.

Bracteæ generalis partialiſque, polyphyllæ.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia compoſita. Quæd. Selin. *Linn.* & *Jacq.*

PASTINACA. *Panais.*

301. CHAR. DIAGN. *Sepala* floſculorum, inter ſe æqualia.

Fructus, ellipticus, compreſſo-planus, ſtriatus.

Bractea, nulla.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Floſculi umbellæ univerſalis, 5-ſepali, omnes fertiles.

Sepala ſingula inter ſe æqualia, integra, ad apicem introflexa.

Stamina 5, perigynandæ diſciformi inſidentia.

Fructus ellipticus, compreſſo-planus, ſtriatus; maturus, in ſemina 2 diviſus, ſingula, in ambitu leviter marginata.

Bracteæ, nullæ.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia compoſita.

Obſ. I. *Selinum & paſtinaca, utraque ſpecies naturalis compoſita: allinum autem, ſimplex hucusque.*

Obſ. II. *Selinum ſeguieri, bracteâ generali caret.*

HERACLEUM. *Berce.*

302. CHAR. DIAGN. *Sepala* floſculorum, umbellæ marginalium, inter ſe inæqualia.

Fructus, planus, ſubcordatus, medio ſtriatus.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Floſculi umbellæ univerſalis peripheriam occupantes, 5-ſepali, fertiles.

Sepala, ſæpe inæqualia, introflexa; *ea* floſculorum centralium fertiliumque, æqualia.

Stamina, 5, perigynandæ diſciformi inſerta.

Fructus, planus, ſubcordatus, utrinque ſtriatus: ſtriis in medio longitudinaliter notatis.

Striæ ad utrumque latus, nullæ.

Fructus maturus, in ſemina 2, bipartibilis: ſingula, marginata.

Bractea generalis, ſubnulla: *partialis*, perſiſtens.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia compoſita.

Obſ. *Hæc ſpecies naturalis, nonnullas proles habet*: hinc compoſita.

ARTEDIA. *Artédie.*

303. CHAR. DIAGN. *Floſculi centrales* umbellæ, maſculi; *ii* ambitûs, monogamici.

Fructus, compreſſus, ſquamulis hiſpidus.

CHAR. PEC. *Fructific.* monoïco-polygamica.

Floſculi umbellæ centrum occupantes, maſculi, ſteriles: ambitûs ejuſdem umbellæ univerſalis, monogamici, fertiles: utrique floſculi ſexu diſtincti, 5-ſepali.

Sepala, inflexo-cordata: extimo cæteris majore.

Stamina, 5, perigynandæ diſciformi inſidentia.

Fructus, compreſſus, ſquamulis hispidus: maturus, in ſemina 2 diviſus.

Bractea generalis, polyphylla.

Partialis; oligophylla.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia compoſita.

TAPSIA. *Tapsie.*

304. CHAR. DIAGN. *Fructus*, oblongus, plano-compressus, amplo margine membranaceo cinctus.

Sepala, æqualia.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Flosculi umbellæ universalis, 5-sepali, omnes fertiles.

Sepala, inter se æqualia, integra, apice inflexa.

Stamina 5, perigynandæ disciformi inserta.

Fructus, oblongus, plano-compressus, medio striatus, sulcatusque, ad apicem basinque emarginatus: maturus, in semina 2, bipartibilis: *singula*, amplo margine membranaceo aucta.

Bractea utraque, nulla.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia composita.

Obs. Species hæc naturalis composita: *artedia* etiamnunc simplex.

ASTRANTIA. *Astrantie.*

305. CHAR. DIAGN. *Flosculi* umbellæ *marginales*, masculi: *centrales*, monogamici, fertiles.

Fructus, denticulis coronatus.

CHAR. PEC. *Fructific.* monoïco-polygamica, umbellato-radiata: umbellâ simplici.

Flosculi ad peripheriam umbellæ, masculi steriles; ad centrum monogamici, fertiles: *singuli*, 5-sepali.

Sepala, integra, erecta 2-fida, inflexa.

Stamina 5, perigynandæ disciformi, denticulato inserta.

Fructus, ovatus, utrinque striatus, denticulis coronatus: maturus, in 2 semina decorticata, bipartibilis.

Bractea generalis, polyphylla.

Partialis, foliolis æqualibus, lanceolatis.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

HACQUETIA.* *Hacquete.**

306. CHAR. DIAGN. *Elytrix* proprius 3. 5-fidus, minor.

Fructus, ſubrotundus, tuberculato-ſtriatus, perigynandâ, coronatus. *Scapoſæ proles.*

CHAR. PEC. *Fructific.* monoico-polygamica, capitata.

Perigynanda propria, 1-ſepala, 3. 5-fida.

Floſculi, 5-ſepali: *ii monogamici*, pauci, ſeſſiles; maſculi, pedunculati.

Feminei ſeſſiles.

Stamina 5, perigynandæ adnata.

Fructus, ſubrotundus, tuberculato-ſtriatus, perigynandâ coronatus: maturus, in 2 ſemina ſubrotunda, baſi & apice plicata, bipartibilis.

Bractea generalis, oligophylla.

Proles in hac ſpecie, ſcapoſæ.

Folia ſimplicia. Quæd. Aſtrant. *Scopol.*

Obſ. I. *Hæc ſpecies naturalis hucusque ſimplex, præcedens compoſita.*

Ob. II. *Aſtrantiæ Linnæanæ folia compoſita, aliasque notas in fructificatione peculiares, exhibentes, ab aſtrantiâ & ab hacquetiâ excludendæ: hinc ſpecies erit diſtincta, inter utramque media, cui nomen conſentaneum, imponenda.*

ERYNGIUM. *Panicaut.*

307. CHAR. DIAGN. *Umbellæ partiales*, ſubrotundæ.

Floſculi, perigynandæ 5-dentatæ, inſidentes.

Fructus, foliolis coronatus.

Diſcus communis, paleaceo-globoſus.

CHAR. PEC. *Fructific.* umbellato-capitata.

Umbella partialis, ſubrotunda.

Floſculi, omnes monogamici, fertiles: ſinguli, 3-ſepali.

Sepala, perigynandæ 5-dentatæ inſidentia, inter ſe æqualia, ab apice ad baſin inflexa.

Stamina 5, perigynandæ diſciformi inſerta.

Fructus foliolis perigynandæ coronatus: maturus, in femina 2 distincta, bipartibilis.

* *Discus communis*, paleaceo-globosus.

Bracteæ generalis partialisque, oligophyllæ.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia composita.

Obs. *Eryng. Linnæi foliis simplicibus, alterius speciei.*

ŒNANTHE. *Œnanthe.*

308. CHAR. DIAGN. *Flosculi* centrales monogamici, regulares; ii umbellæ marginales, difformes, masculi.

Fructus, denticulis coronatus.

CHAR. PEC. *Fructific.* monoico-polygamica.

Flosculi umbellæ universalis, 5-sepali, in circuitu steriles, masculi, difformes: sepalis inæqualibus, inflexis, 2-fidis.

Flosculi centrum umbellæ occupantes, monogamici, fertiles, subregulares: sepalis subæqualibus, inflexo-cordatis.

Stamina 5, perigynandæ denticulatæ inclidentia.

Fructus, denticulis coronatus: maturus, in semina 2 bipartibilis.

Bractea generalis, nulla.

Partialis, polyphylla.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia composita.

PHELANDRIUM. *Phélandre.**

309. CHAR. DIAGN. *Sepala* flosculorum, inter se æqualia, obcordata.

Fructus, lito-sulcatus, denticulis 5 coronatus.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Flosculi umbellæ universalis, fertiles: singuli 5-sepali; sepala singula obcordata, fere æqualia.

Stamina, 5, perigynandæ denticulatæ insert a.

Fructus, liro-sulcatus, stylo ac denticulis 5 inæqualibus coronatus: maturus, in semina 2, bipartibilis.

Bractea generalis, subnulla.

Partialis, polyphylla.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia compoſita.

Obſ. *Eryngium*, *œnanthe* & *phelandrium*, *ſpecies immortales* 3 *diſtinctæ*: *ſingulæ*, *compoſitæ*.

SESELI. *Séſélie.**

310. CHAR. DIAGN. *Umbella* partialis, ſphærica.
Sepala floſculorum, inter ſe æqualia, inflexo-cordata.
Fructus, liro-ſulcatus.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Umbella partialis, ſphærica.
Floſculi, omnes fertiles: ſinguli, 5-ſepali.
Sepala, inter ſe æqualia, inflexo-cordata.
Stamina 5, perigynandæ diſciformi inſerta.
Fructus, convexiuſculus ſupra liro-ſulcatus: lirîs æqualibus.
Bractea generalis, ſubnulla.
Partialis, polyphylla.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia compoſita.

ÆTHUSA. *Fauſſe-Ciguë.**

311. CHAR. DIAGN. *Sepala* floſculorum, inter ſe inæqualia.
Fructus, ſubrotundus, ſulcatus.
Bractea partialis, deflexa.

CHAR PEC. *Fructific.* monogamica.
Floſculi umbellæ univerſalis, fertiles: ſinguli, 5-ſepali.
Sepala inter ſe inæqualia, patula, inflexo-cordata.
Stamina, 5, perigynandæ diſciformi, inſerta.
Fructus, ſubrotundus, ſulcatus: maturus, in ſemina 2, bipartibilis.
Bractea generalis, nulla.
Partialis, deflexa, polyphylla.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia compoſita.

Obs. *Hæc & præcedens, utraque ſpecies naturalis, compoſita.*

MEUM. *Faux-Séſélie.**

312. CHAR. DIAGN. *Sepala* floſculorum marginalium, inter ſe inæquaiia; centralium, æqualia.

Fructus, liro-ſulcatus.

CHAR. PEC. *Fructific.* monoïco-polygamica.

Floſculi umbellæ univerſalis, hermaphroditi fertilesque; alii maſculi, ſteriles.

Perigynanda interior, monosepala, campaniformis *fig.* 5; stellæformis *fig.* 6; infundibuliformis *fig.* 7; rotæformis *fig.* 8; pluripartita, campanulata *fig.* 9; hypocrateriformis *fig.* 10; alia eleganter crinito-ciliata *fig.* 11, tandem plurisepala.

Stamina pauca.

Antheræ, connexæ seu approximatæ.

Pistillum, ypomenum, solitarium.

Stylus, simplex.

Stigma, bi-trifidum; aliud clavatum; aliud indivisum, tandem plura.

Fructus, baccatus & capsularis.

Bacca, unilocularis, monosperma, spinulis armata *fig.* 12; alia subrotunda lævis *fig.* 13; alia oblonga re-

ticulato-venosa *fig.* 14; alia elongata, lagenæformis; globosa; alia cylindrica; toruloſa; tuberculata; striato-muricata; alia longiſſima, tandem alia apice truncata.

Capſula, plurilocularis, plurivalvis, lateribus dehiscens *fig.* 17. 18; angulata; cylindrica; reniformis & muricata &c.

Species naturales in hoc genere caulescentes.

Folia, simplicia & compoſita.

CLAVIS.

- Species naturales generis Sygolliphytorum, sunt monogamicæ,
  - Flores triarini. — † Baccâ 3-loculari.
  - Fl. pentarini.
    - Capsulâ 2-loculari.
    - Capsulâ 2. 3-loculari.
    - Capsulâ 3. 5-loculari.
    - Capsulâ 3-loculari.

- Monoïcæ,
  - Flores monarini. — † Capsulâ 1-loculari.
  - Fl. diarini.
    - Baccâ 2-loculari.
    - Baccâ pluriloculari.
  - Fl. triarini.
    - Baccâ 3-loculari.
    - Baccâ 3. 4-loculari.
    - Baccâ 6-loculari.
    - Baccâ pluriloculari.
  - Fl. pentarini.
    - Baccâ 5-loculari.
    - Baccâ 3-loculari.

- Et dioïcæ. — Fl. pentarini. — Baccâ 3-loculari.

SPECIES NATURALES

SYGOLLIPHYTORUM.

JASIONE. *Fauſſe-Réponce.*

376. CHARAGTER DIAGNOSTICUS.

Perigynanda, 3-plex.
Exterior, pluriſepala, imbricata.
Stigma, clavatum.
Capſula, 2-loçularis.

CHARACTER PECULIARIS.

Fructificatio, monagamica.
Perigynanda propria, ordine 3-plici.
Exterior ordo pluriſepalus, imbricatus, perſiſtens.
Medius, epimenus, 1-ſepalus, 5-dentatus.
Interior, 5-ſepalus: ſepalis linearibus, baſi leviſſimæ connatis.
Stamina, 5, libera: antheris patentiuſculis baſi coalitis.
Piſtillum, ypomenum: ſtylo filiformi.
Stigma, 2-fidum & clavatum.
Capſula, ypomena, 2-locularis, 5-angularis, pluriſperma.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.

PHYTEUMA. *Réponce.*

377. CHAR. DIAGN. *Perigynanda staminifera*, stellæformis : laciniis linear-recurvatis.

Capsula 3 locularis.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria, 2-plici ordine.

Exterior ordo, 1-sepalus, 5-partitus, reflexus, linearis, patens.

Interior staminifer, 5-partitus, stellæformis, 1-sepalus : laciniis lineari-recurvatis.

Stamina, 5.

Pistillum, ypomenum : stylo filiformi, recurvato.

Stigma, 2. 3-fidum.

Capsula, ypomena, 2. 3-locularis, 2. 3-valvis, polysperma.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

PERNETYA. *Pernetye.**

378. CHAR. DIAGN. *Perigynanda staminifera*, campaniformis, 6-fida, nervosa.

Pistillum, ypomenum.

Capsula, 6-angularis, 6-locularis.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria, 2-plex.

Exterior, 6-sepala, recurva, persistens.

Interior staminifera, 1-sepala, campanuliformis, 6-fida, nervosa.

Stamina, 6, valvæformia discum floris tegentia.

Pistillum, 1 : stylo simplici.

Stigmata, 6.

Capsula, ypomena, 6-angularis, 6-locularis, polysperma.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia. Canarina *Linn.*

Obs. *Non immeritò, scopolium dixisse, nomina plurima*

idem ſignificantia, toleranda non eſſe, uti v. g. canarium, canaria Lin., *melicoccus, melicocca*, &c. *Cl. authoris ſententiæ, aſſentimur: hinc pernetyæ nomen, quod propoſuit, admittimus.*

CAMPANULA. *Campanule.*

378. CHAR. DIAGN. *Perigynanda ſtaminifera*, campaniformis.

Capſula 3. 5-locularis, lateribus dehiſcens, pluriſperma. CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria, ordine 2-plici: uterque ordo, 1-ſepalus.

Exterior, 5-partitus, perſiſtens.

Interior ſtaminifer, campaniformis, impervius.

Stamina, 5, valviformia, conniventia.

Piſtillum, 1, ſtylo ſimplici.

Stigmata, plurifida.

Capſula, ypomena, 3. 5-locularis, lateribus dehiſcens, pluriſperma.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

Obſ. *Receptaculum ſeminiferum in maximâ parte prolium, ad hanc ſpeciem compoſitam pertinentium, columnare.*

APENULA.* *Fauſſe-Campanule.**

379. CHAR. DIAGN. *Perigynanda ſtaminifera*, impervia, rotata.

Capſula, 3-locularis, 3-valvis, angulata, pluriſperma. CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria, ordine 2-plici: uterque ordo, 1-ſepalus.

Exterior, perſiſtens, 5-partitus, epimenus.

Interior ſtaminifer, rotatus, impervius.

Stamina, 5: filamentis valvuliformibus, conniventibus.

Piſtillum, ypomenum, 1: ſtylo ſimplici.

Stigma, 3-fidum.

Capſula, ypomena, 3-locularis, 3-valvis, angulata, pluriſperma.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quaed. Campanul. *Linn.*

Obſ. *Campanulæ in ſupplemento plant.*, *Linnæo filio memoratæ, dubiæ nobis videntur, quòd fructificationis partes, circa florum ſtructuram, fusiùs loculorum numerum, ſilentur botanico upſaliensi, ſi campanulam lobelioidem excipias: itaque, illas omiſſas partes deſcribent autoptæ, nunc ad campanulam, ad apenulam potius ad roellam, pertinere debeant.*

ROELLA. *Roellie.*

380. CHAR. DIAGN. *Perigynanda ſtaminifera*, infundibuliformis.

Capſula, 2-locularis, cylindrica, perigynandâ exteriore coronata; pluriſperma.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria, ordine 2-plici: uterque ordo, 1-ſepalus.

Exterior, perſiſtens, 5-partitus.

Interior ſtaminifer, infundibuliformis: limbo 5-partito.

Stamina, 5, valvuliformia, conniventia: *antheris* approximatis.

Piſtillum, ypomenum, 1: ſtylo ſimplici.

Stigma, 2-fidum.

Capſula, cylindrica, ypomena, 2-locularis, perigynandâ exteriore coronata, pluriſperma.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

TRACHELIUM. *Trachélie.*

381. CHAR. DIAGN. *Perigynanda ſtaminifera* infundibuliformis: tubo longiſſimo, filiformi.

Capſula, 3-locularis pluriſperma.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria, ordine 2-plici; uterque ordo, 1-ſepalus.

Exterior, minor, 5-partitus.

Interior ſtaminifer, infundibuliformis.

Tubus, longiſſimus, filiformis: limbo 5-partito.

Stamina, 5.

Piſtillum, 1: ſtylo ſimplici.

Stigma, indiviſum, globoſum.

Capſula, ypomena, 3-locularis, 3-valvis, pluriſperma.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

ELATERIUM. *Elatère.**

328. CHAR. DIAGN. *Perigynanda maris*, ſtaminifera, ſimplex, hypocrateriformis.

Capſula, 1-locularis, hirta & muricata, 2-valvis.

Valvulæ elaſticè diſſilientes.

CHAR. PEC. *Fructific.* monoïca.

Perigynanda propria maris, ſimplex, hypocrateriformis, 1-ſepala.

Stamen, 1.

Perigynanda feminæ, ut in maſculo.

Piſtillum, 1, ypomenum, echinatum: ſtylo ſimplici, columnari, craſſente.

Capſula, ypomena, reniformis, 1-locularis, muricata & hirta, 2-valvis.

Valvulæ elaſticè diſſilientes, polyſpermæ.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

ANGURIA. *Angurie.**

383. CHAR. DIAGN. *Perigynanda utraque*, maris ac feminæ, 2-plex.

Bacca, plurilocularis, pluriſperma.

CHAR. PEC. *Fructific.* monoïca.

Perigynanda propria maris, ordine 2-plici.

Exterior ordo, 1-ſepalus, 5-fidus, ſtaminifer, perſiſtens.

Interior, 5-ſepalus.

Stamina, 2, conniventia, inter ſe oppoſita.

Feminæ perigynandæ, ut in maſculo.

Filamenta, 2, exantherata.

Piſtillum, ypomenum, 1: ſtylo, 2-fido.

Stigmata, 3.

Bacca, ypomena, pluriſperma, plurilocularis.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia compoſita.

PSIGURIA. *Fauſſe-Angurie.*

384. CHAR. DIAGN. *Stigmata* 2.

Capſula, 2-locularis, muricata.

CHAR. PEC. *Fructific.* monoïca.

Perigynanda propria maris, ordine 2-plici.

Exterior ordo, 1-ſepalus, 5-fidus, ſtaminifer.

Interior, 5-ſepalus.

Stamina, 2.

Perigynandæ feminæ, ut in maſculo.

Filamenta, 2, exantherata.

Piſtillum, ypomenum, 1: ſtigmate 2-ſido.

Bacca, ypomena, muricata, 2-locularis, pluriſperma.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Angur. *Linn.*

CUCUMIS. *Concombre.*

385. CHAR. DIAGN. *Perigynanda* maris ac feminæ, 2-plex.

Bacca, oblonga, lævis, teres, 3. 4-locularis, polyſperma.

CHAR. PEC. *Fructific.* monoïca.

Perigynanda propria maris, ordine duplici: uterque ordo, 1-ſepalus.

Exterior ſtaminifer, 5-dentatus.

Interior, 5-partitus, ſubcampanulatus.

Stamina, 3, brevia, conniventia, perigynandæ exteriori inſerta.

Perigynanda utraque feminæ, ut in mare.

Filamenta, 3, minora, exantherata.

Piſtillum, 1: ſtylo ſimplici, breviſſimo.

Stigmata, 3, craſſa: ſingula, 2-partita.

Bacca, elongata, minime diffiliens, ypomena, teres, lævis, 3. 4-locularis, polyſperma.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

RIGOCARPUS. *Rigocarpe.*

386. CHAR. DIAGN. *Perigynanda maris feminæque*, 2-plex.

Bacca, globoſa, muricata, 3-locularis, pluriſperma.

CHAR. PEC. *Fructific.* monoïca.

Perigynanda propria maris, ordine 2-plici; uterque ordo, 1-ſepali.

Exterior, 5-fidus, ſtaminifer.

Interior, perſiſtens, 5-partitus.

Stamina, 3, conniventia.

Feminæ perigynanda, ut in maſcula.

Piſtillum, ypomenum, 1: ſtylo ſimplici, cylindrico.

Stigmata, 3.

Bacca, ypomena, muricata, globoſa, 3-locularis, pluriſperma.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Cucum. *Linn.*

Obſ. *Cucumis acutangulus Linn. a cucumere noſtro excludendus: baccâ 1-loculari, operculatâ angulatâque: hinc erit ſpecies ſimplex diſtincta, inter rigocarpum & cucumerin, media.*

MELOTHRIA. *faux-Concombre.**

387. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, staminifera, rotata.

Bacca, cylindrica, 3-locularis, polyſperma.

CHAR PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria, ordine 2-plici: uterque ordo, 1-ſepalus.

Exterior, deciduus, 5-fidus.

Interior ſtaminifer, rotæformis, 5-partitus: lacinis obtuſis.

Stamina, 3: antheris didymis.

Piſtillum, ypomenum, 1: ſtylo ſimplici.

Stigmata, 3.

Bacca, ypomena, cylindrica, 3-locularis, pluriſperma.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

CUCURBITA. *Courge, Calebaſſe.*

388. CHAR. DIAGN. *Perigynanda* utriuſque ſexus, 1-ſepala.

Bacca, baſi attenuata ſ. lagenæformis: cortice duro; polyſperma.

CHAR. PEC. *Fructific.* monoïca.

Perigynanda propria 2-plici ordine: uterque, 1-ſepalus.

Exterior ſtaminifer, campanulatus, denticulatus: denticulis 5, ſubulatis.

Interior, campaniformis, 5-partitus.

Stamina, 3, conniventia.

Antheræ, lineares, ſurſum deorſumque repentes.

Perigynandæ feminæ ut in maſculo.

Filamenta, 3, cuſpidiformia, e perigynandi interiore orta.

Piſtillum, ypomenum, 1: ſtigmate 3-fido.

Baccca, 6-locularis, baſi attenuata ſ. lagenæformus: cortice duro; polyſperma.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.

CITRULLUS. *Citrouille.*

389. CHAR. DIAGN. *Bacca*, pluriloculariſ, toruloſa.
Semina receptaculo ſpongioſo affixa.
CHAR. PEC. *Fructific.* monoïca.
Perigynanda propria, maris, 2-plex : utraque, 1-ſepala.
Exterior ſtaminifera, 5-partita, campaniformis, minor, interior, campanulata, 5-partita.
Stamina, 3, approximata : antheris repentibus.
Utraque feminæ *perigynanda*, ut in maſculo.
Filamenta, 3, exantherata.
Piſtillum, ypomenum : ſtylo ſimplici.
Stigma, 3-fidum.
Bacca, toruloſa, ovata, ſubrotunda, pluriloculariſ.
Semina, receptaculo ſpongioſo affixa.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia. Quæd. Cucurb. & Cucumer. *Linn.*

MOMORDICA. *Pomme de merveille.*

390. CHAR. DIAGN. *Bacca*, magna, tuberculata, elaſtice diſſiliens, 3-locularis, pluriſperma.
CHAR. PEC. *Fructific.* monoïca.
Perigynanda propria maris, ordine 2-plici : utrque ordo, 1-ſepalus.
Exterior, minor, 5-fidus, ſtaminiſer.
Interior, 5-partitus, patulus.
Stamina, 3, brevia.
Antheræ, in duobus filamentis 2-fidæ : in tertio ſtamine, ſimplex.
Perigynanda utraque feminæ, ut in maſculo.
Filamenta, 3, exantherata.
Piſtillum, ypomenum, 1 : ſtylo ſimplici.
Stigmata, 3.

Bacca,

Bacca, magna, tuberculata, elasticè dissiliens, 3-locularis, plurisperma.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

POPPYA.* *Poppye.*

391. CHAR. DIAGN. *Bacca*, striato-muricata, 6-locularis.

Perigynanda interior, venoso-rugosa.

Semina, angulata.

CHAR. PEC. *Fructific.* monoïca.

Perigynanda propria, maris: ordine 2-plici; uterque ordo, 1-sepalus.

Exterior, 5-fidus.

Interior, 5. 6-partitus, venoso-rugosus.

Stamina, 3, brevia, perigynandæ exteriori adnata; feminæ perigynanda utraque, ut in masculo, decidua, minor; *filamenta*, 3, exantherata.

Pistillum, unum, ypomenum: stylo simplici.

Stigmata, 3.

Bacca, striato-muricata, ovata, 6-locularis, elasticè dissiliens, plurisperma.

Semina, angulata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia composita. Quæd. Momord. *Linn.*

AMORDICA.* *Fausse Momordique.*

392. CHAR. DIAGN. *Bacca* 3-locularis, oblonga, reticulato-venosa, plurisperma.

CHAR. PEC. *Fructific.* monoïca.

Perigynanda propria maris, 2-plex: uterque ordo, 1-sepalus.

Exterior, 5-partitus, minor.

Interior, patulus, 5-partitus.

Stamina, 5, perigynandæ exteriori adnata, inter se coalita.

Feminæ utraque perigynanda, ut in masculo.

Filamenta, 3, exantherata.

Piſtillum, 1, ypomenum.

Stigmata, 3.

Bacca, 3-locularis, ſtriato-muricata, elaſticè diſſiliens, polyſperma.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Momord. *Linn.*

SICYOS. *fauſſe Bryone.* *

393. CHAR. DIAGN. *Perigynanda utraque* maris, 1-ſepala.

Exterior: denticulis 5, ſubulatis.

Bacca, 1-locularis, ſpinulis armata.

CHAR. PEC. *Fructific.* monoïca.

Perigynanda propria: maris ordine 2-plici.

Exterior ordo, 1-ſepalus, 5-dentatus: denticulis ſubulatis; *interior*, campaniformis, 1-ſepalus, 5-partitus.

Stamina, 5, coalita.

Perigynanda utraque feminæ, ut in maſculo.

Piſtillum, ypomenum, 1-ſylo, ſimplici.

Stigmata, 3.

Bacca, ſenſim areſcens, ſpinulis armata, 1-locularis, 1-ſperma.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

BRYONIA. *Bryone.*

394. CHAR. DIAGN. *Perigynanda exterior*, cum interiore connexa.

Bacca, 3-locularis, pluriſperma.

CHAR. PEC. *Fructific.* monoïca.

Perigynanda propria maris, ordine 2-plici: uterque ordo, 1-ſepalus.

Exterior, 5-dentatus: denticulis ſubulatis, cum dorſo interioris connexus.

Interior ordo, campanulatus, 5-partitus.

Stamina, 3, coalita.
Feminæ uterque ordo, *perigynandæ*, ut in maſculo.
Piſtillum, 1, ypomenum.
Stylus, ſimplex : ſtigmatibus 3.
Bacca, ſubrotunda, 3-locularis, pluriſperma.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.

Obſ. *Utrum in ſicyode, angurid, cucurbitâ, momordicâ ſimilibuſque, ſtamina, perigynandæ exteriori aut interiori proxime adnaſcuntur, ignoramus. Eques Linnæus exteriori* (a) : *Adanſonus contrà* (b) *interiori perigynandæ adhæreſcere aſſerunt : quapropter, ſpeciminibus vivis, hoc determinare debent autoptæ.*

TRICHOSANTHES. *Trichoſanthe.*

395. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, crinito-ciliata : crinis ramoſis.
Bacca, longiſſima, 3-locularis.
Semina, tunicata.
CHAR. PEC. *Fructific.* monoïca.
Perigynanda propria, ordine 2-plici : uterque ordo, 1-ſepalus.
Exterior, maris clavatus, apice 5-dentatus.
Interior, crinito-ciliatus : crinibus ramoſis.
Stamina, 3, breviſſima.
Utraque feminæ *perigynanda*, ut in maſculo, decidua.
Piſtillum, 1, ypomenum ; ſtylus, ſimplex : ſtigmate 2-fido.
Bacca, longiſſima, 3-locularis, pluriſperma.
Semina, tunicata, compreſſa.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.

(a) Vide *Linnæi falsò opinata vegetabilium genera, Jacob. Reichardo edita* anno 1778.
(b) *Famill. des plantes*, page 136.

FEVILLÆA. *Févillée.*

396. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, fubrotata.

Bacca, operculata, 3-locularis, pluriſperma.

Semina, compreſſa.

CHAR. PEC. *Fructific.* dioïca.

Perigynanda propria, maris 2-plex: uterque ordo, 1-ſepalus.

Exterior, campaniformis, 5-fidus.

Interior, rotatus, cujus parietibus filamenta 3 radiiformia, conniventia.

Stamina, 5, cum filamentis alternantia.

Utraque perigynanda feminæ, ut in maſculo.

Piſtillum, ypomenum.

Styli, 3.

Bacca, 3-locularis, corticoſa, operculata, pluriſperma: ſeminibus compreſſis.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

ZANONIA. *Zanonie.*

397. CHAR. DIAGN. *Perigynanda exterior*, 3-ſepala.

Bacca, magna, truncata, 3-locularis, pluriſperma.

CHAR. PEC. *Fructific.* dioïca.

Perigynanda propria maris, ordine 2-plici.

Exterior ordo, 3-ſepalus, patulus.

Interior, 1-ſepalus, 5-partitus, patulus: laciniis æqualibus, acutis, inflexis.

Stamina, 5, libera.

Perigynanda utraque feminæ, ut in maſculo.

Piſtillum, ypomenum, 1.

Styli, 3, patuli, perſiſtentes.

Stigmata, 2-fida, criſpa.

Bacca, magna, truncata, baſi attenuata, 3-locularis; 6-ſperma.

Semina, plana.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

Obſ. *Phyteuma*, *campanula*, *apenula*, *roella*, *trachelium*, *anguria*, *rigocarpus*, *cucumis*, *cucurbita*, *citrullus*, *momordica*, *poppya*, *ſicyos*, *bryonia* & *trichoſanthes*, *ſpecies* 15 *diſtinctæ naturaleſque* : *ſingulæ*, *compoſitæ*. *Elaterium*, *jaſione*, *pſiguria*, *melothria*, *amordica*, *zanonia*, *fevillæa* & *pernetya*, *ſpecies naturales* 8 : *ſingulæ*, *etiamnunc prolem unicam exhibent* : *itaque*, *ſimplices hæ ſpecies*.

XI. GENUS.

CAMPYLOPHYTUM.

TABULA XI.

CHARACTER DIAGNOSTICUS.

Perigynanda, duplex.

Interior, monofepala.

Limbus, ante explicationem in fpiram fæpius tortus: laciniis obliquè inflexis.

Stamina, pauca.

Antheræ quinque ad decem diftinctæ, quarum binæ, ex unico prodeunt tuberculo, pendulo-clavatæ (fæpe).

Fructus, naturâ ftructuràque diverfus.

CHARACTER UNIVERSALIS.

Fructificatio, monogamica.

Perigynanda propria, duplex (raro triplex) *fig.* I. IO; exterior plurifepala *fig.* I; alia monofepala, pluripartita *fig.* 2; quinquefida *fig.* 3; alia pluridentata (5) *fig.* 4.

Perigynanda interior, ftaminifera, rotata, quinquefida *fig.* 5, rotata, quinquepartita *fig.* 6; urceolata *fig.* 7; alia longè tubulata fenfimque ampliata *fig.* 8; alia infundibuliformis *fig.* IO; campaniformis: laciniis obliquè flexis *fig.* II; alia laciniis reflexis *fig.* I2; cylindracea baſi globoſa &c.

Stamina, pauca & nulla, a quinque ad decem libera; (in fpecie diftincta) apice piloſa, quæ antheras laterales duas occultant *fig.* 20. *a a.*

Antheræ, quinque ad decem, quarum binæ, ſæpius, pendulo-clavatæ, ex unico prodeunt tuberculo *fig.* 32. *a.*

Piſtillum, epimenum, quandoque yponienum.

Stylus, ſimplex.

Stigma, ſtructurâ diverſum; diſciforme, plano-orbiculatum, punctatumque *fig.* 33. *p*; aliud decemcrenatum *fig.* 34. *a a*; craſſum & elongatum *fig.* 35. *q*; aliud, pentagonum *fig.* 36. *r.* &c.

Fructus, follicularis, baccatus, thecatus, drupaceus & capſularis.

Folliculi, duo, graciles *fig.* 13; alii ovales, incurvi *fig.* 15; alii, utrinque baſi lobum emittentes *fig.* 16; alii longitudinaliter dehiſcentes, uniloculares, univalves *fig.* 17; alii, ab apice ad baſin, in duas partes dividuntur *fig.* 18 &c.

Drupa, unilocularis, depreſſa, officulum fovens *fig.* 19; alia bilocularis.

Bacca, unilocularis; alia bi-trilocularis & alia plurilocularis; tandem binæ biloculares.

Capſula, lentiformis, echinata, alia oblonga &c.

Semina, imbricata, pappis coronata *fig.* 14. 17; alia pappis carentia ſeu nuda *fig.* 18 &c.

Corpuſculum, in quibuſdam, campanulatum, decemdentatum ad centrum floris *fig.* 21. *b*; aliud quinquepartitum: laciniis tridentatis *fig.* 22. *c*; aliud campanulatum, decemfidum *fig.* 23; alia corpuſcula ſellæformia: ſingula, incurvo filamento terminantur *fig.* 24. *cc*; alia in orbem digeſta, tubuliformia corniculum e fundo exerentia *fig* 12. *a a.*

Vagina, (in plurimis ſpeciebus generis), ſexus occultans, alas emittit, quæ in ſellulam expanduntur *fig.* 25. Vagina hæc, alas quinque ſubminiſtrat, in cornicula duo, ſubfalcata, punctata abeuntes *fig.* 26. *d d.* Corniculum utrumque, ſacculum biloculare profert, quo teguntur antheræ *fig.* 26. *f.* Alia datur vagina, in membranulas quinque, cucullatas, ſtigma amplectentes deſinens *fig.* 27. *g*; alia, ſtylos duos includens, inferne teres, pentagona *fig.* 28. *h*; alia vagina, cujus baſis teres *fig.* 29. *i*; reliqua corpuſculis quinque latere membranaceis, munita *k k*. Corpuſcula hæc, in ſquamulas ſtigma

apice amplectantes desinunt *lll.* Alia vagina, campanulata, tubulos quinque apice uncinatos, gerens *fig.* 30 *m*; alia vagina, inferne connexa, superne in quinque partes distinctas sibi contiguas, dividitur *fig.* 31. Ejusdem vaginæ extremitas, stigma amplectens, in squamulis parvis, terminatur *nnn.*

Species naturales in hoc genere, caulescentes & scaposæ.

Folia, simplicia.

CLAVIS.

Species naturales generis Campilophytorum, ſunt monogamicæ.

- Fl. pentarini.
  - Thecis 2.
  - Folliculis 2.
  - Baccâ 1-loculari.
  - Baccâ, 2, biloculari.
  - Drupâ, 1-loculari.
  - Capſulâ, 1 loculari.
- Fl. decarini.
  - Folliculis 2.
  - Baccâ pluriloculari.

SPECIES NATURALES

CAMPYLOPHYTORUM.

TABERNEMONTA. *Tabernæmontanæ.*

398. CHARACTER DIAGNOSTICUS.

Perigynanda exterior, brevis, 5-fida.
Stigma, indiviſum.
Thecæ 2, folliculares.
Diſcus, glanduloſus, germen circumdans.

CHARACTER PECULIARIS.

Fructificatio, monogamica.
Perigynanda propria duplex: utraque 1-ſepala.
Exterior, brevis, 5-fida, acuta.
Interior, hypocrateriformis: tubo cylindrico.
Limbus, planus, 5-fidus: laciniis obliquis.
Stamina, 5, brevia: antheris conniventibus.
Piſtillum, germina 2.
Stylus, ſimplex.
Stigma, indiviſum.
Thecæ 2, folliculares, epimenæ: ſingulæ, 1-loculares, 1-valves, horizontaliter reflexæ, ventricoſæ, acuminatæ, polyſpermæ.
Semina, intra pulpam recondita, imbricata, polyſperma.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.

CLERKIA.* *Clerke.**

399. CHAR. DIAGN. *Perigynanda exterior*, 5-ſepala, inæqualis.

Diſcus, glandulis 5 conſtat.

Stigma, magnum, 2-fidum.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria 2-plex.

Exterior, 5-ſepala: ſingula, inæqualia, oblonga, quorum 2, laxo-cordata.

Perigynanda interior, 1-ſepala, hypocrateriformis, ſtaminifera: tubo contorto.

Limbus, 5-fidus, obliquus, truncatus.

Stamina 5.

Diſcus proprius piſtillum præcingens, ſulcatus.

Piſtillum, ſolitarium.

Stylus, ſimplex.

Stigma, magnum, 2-fidum.

Thecæ, folliculares: ſingulæ, ovatæ, 1-loculares, acuminatæ, 1-valves, pluriſpermæ.

Semina, imbricata, pulpâ involuta.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Tabermont. *Linn.*

APEGIA.* *Apégie.**

400. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, urceolata, mucronata.

Folliculi 2, longi, 1-loculares.

Semina, pappigera.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria, 2-plex: utraque, 1-ſepala.

Exterior, 5-partita, erecta, perſiſtens.

Interior, urceolata, ſtaminifera baſi ventricoſa: laciniis mucronatis.

Stamina, 5, conniventia.

Piſtillum, ſolitarium.

Stylus, nullus.

Stigmata 2.

Folliculi, 2, longi, epimeni: singuli, 1-loculares, 1-valves, polyspermа.

Semina pappo coronata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia. Quæd. Cerop. *Linn.*

CÉROPEGIA. *Céropégie.*

401. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, cylindrica, basi globosa.

Flosculi, 2, cylindracei, 1-loculares, polyspermi. CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria, 2-plex: utraque, 1-sepala.

Exterior, 5-dentata, parva, linearis, acuta, persistens.

Interior, cylindrica, basi globosa: limbo, 5-dentato, parvo, acuminato.

Stamina, 5, brevia.

Pistillum, epimenum, minus.

Stylus, subnullus.

Stigmata 2.

Folliculi, 2, erecto-cylindracei, 1-loculares, 1-valves, latere dehiscentes, polyspermi.

Semina, imbricata, pappo terminata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

STAPELIA. *Stapélie.*

402. CHAR. DIAGN. *Vagina*, genitalia præcingens, alas plures emittit. Hæ alæ, in stellulam expanduntur. CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria, 2-plex.

Exterior, 5-sepala, minor.

Interior, 1-sepala, 5-fida, magna.

Vagina, utrumque sexum includens, e fundo floris oriens, alas emittit plurimas, quæ in stellulam expanduntur.

Tubercula antherifera, 5: singula, stigmati affixa.

Antheræ 2, e singulis tuberculis egrediuntur.

Piſtillum, epimenum, germinibus 2 conſtans.
Stylus, nullus.
Stigma, diſciforme.
Folliculi 2: ſinguli, 1-loculares, 1-valves, oblongi, polyſpermi.
Semina, imbricatim diſpoſita, pappo coronata.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.

CYNANCHUM. *Scamonée.*

403. CHAR. DIAGN. *Vagina*, genitalia abſcondens, in membranulas 5 cucullatas definit.
Perigynanda interior, rotata. Cauleſcentes proles.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Perigynanda propria, 2. 3-plex: ſingulæ, 1-ſepalæ.
Exterior, 5-partita & 5-fida.
Interior, rotata, & campanulata.
Vaginæ ſexus abſcondens, in membranulas 5, ſtigma amplectentes, definit.
Antheræ 10, quarum ſingula paria, e tuberculo prodeunt; ſingulæ antheræ, clavatæ, intra membranulas cucullatas occultantur.
Piſtillum, epimenum.
Germina 2.
Stylus, craſſus, breviſſimus.
Stigma, craſſum, magnum, elongatum.
Folliculi 2, oblongi, 1-loculares, 1-valves, polyſpermi.
Semina, imbricata, pappo coronata.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.
Obſ. I. *Cynanchum acutum Linnæi perigynandas 3 profert; interior, campanulata.*
Obſ. II *Cynanchum erectum ejuſdem authoris, perigynandam 3-plicem, etiam exhibet; interior, ſepalis 5 erectiuſculis conſtat.*

ZIERVOGLIA.* *Ziervoglée.**

404. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, hypocrateriformis.

Vagina sexus tegens, foliolis 5 constat: singula, cucullata apice aucta.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria, 2-plex.

Exterior, 5-sepala.

Interior, hypocrateriformis, 1-sepala, longè tubulata: limbo reflexo-piloso, 4-partito.

Vagina, sexus includens, foliolis 5 constat.

Foliola, membranulâ ad apicem cucullatâ, 2-locularí, terminantur. *Tubercula antherifera* 5: antheris 10, quarum paria singula, e tuberculo solitario, oriuntur, folioliſque 2 vaginæ, absconduntur.

Pistillum, epimenum: germinibus 2.

Folliculi 2, 1-valves, 1-loculares, polyspermi.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia. Quæd. Cynanch. *Linn.*

PSANCHUM.* *Fausse-Scamonée.*

405. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, rotata, margine membranacea.

Vagina, corpusculis 5, sepaliformibus constat. Scapoſæ proles.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria, 2-plex: utraque 1-sepala.

Exterior, minima, 5-partita.

Interior, rotata, margine membranacea.

Vagina sexus ambiens, corpusculis 5 erectis, sepaliformibus, constans.

Antheræ 10, clavatæ, quarum paria singula, tuberculo singulo insident.

Pistillum, simplex.

Stylus, cylindricus.

Stigma, capitatum.

Folliculi 2. I-loculares, I-valves, plurifpermi.
Proles in hac fpecie, fcapofæ.
Folia fimplicia. Quæd. Cynanch. *Linn.*

PERIPLOCA. *Periplocée.**

406. CHAR. DIAGN. *Corpufcula* 5 ftellæformia: fingula, incurvo filamento terminantur.
Antheræ laterales, geminæ.
Stigma, difciforme, crenatum.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Perigynanda propria, 2-plex: utraque I-fepala.
Exterior, minor.
Interior, rotæformis, 5-partita: laciniis linearibus.
Corpufcula floris, quæ interiorem partem occupant, ftellæformia: fingula, incurvo filamento terminantur, & cum laciniis perigynandæ interioris alternantur.
Stamina, 5, apice pilofa.
Antheræ laterales, geminæ, feffiles.
Piftillum: germinibus 2.
Stylus, fimplex.
Stigma, difciforme, 10-crenatum.
Folliculi 2: finguli, I-loculares, I-valves, ventricofi, latere dehifcentes, plurifpermi.
Semina, imbricata, pappefcentia.
Proles in hac fpecie, caulefcentes.
Folia fimplicia.

APLOCA.* *Fauffe-Périplocée.**

407. CHAR. DIAGN. *Corpufculum* floris interiora occupans, fepaliforme, campanulatum, pluridentatum.
Tubercula antherifera, intra fquamulas vaginæ.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Perigynanda propria, 2-plex: utraque I-fepala.
Exterior, perfiftens, minor.
Interior, rotata, 5-partita, fpiraliter intorta.
Corpufculum ad interiora floris, folitarium, campanulatum, pluridentatum.

Vagina, quâ piſtillum includitur, ſquamulis 5, ſubrotundis, acutis, conniventibus, ad apicem terminatur.

Tubercula antherifera 5, ad ſtigma adhæreſcentia. Hæc, intra ſquamulas vaginæ, abſcondita.

Antheræ 10, quarum binæ, e ſingulo egrediuntur tuberculo.

Stigma, capitatum.

Folliculi 2: ſinguli, 1-loculares, 1-valves, latere dehiſcentes.

Semina, pappeſcentia.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Periploc. *Linn.*

ECHITES. *Faux-Apocin.*

408. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, hypocrateriformis.

Diſcus, glanduloſus: glandulis 5.

Stigma, 2-lobum.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria, 2-plex: utraque 1-ſepala.

Exterior, 5-partita, minor.

Interior, hypocrateriformis, tubulata.

Diſcus proprius, glanduloſus: glandulis 5 germen ambientibus.

Stamina, 5, brevia.

Antheræ in conum conniventes.

Piſtillum: germinibus 2.

Folliculi 2: ſinguli, 1-loculares, 1-valves, longi, pluriſperma.

Semina, imbricata, pappeſcentia: pappo longo.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

Obſ. *Quædam exſtantes proles, flore mere infundibuliformi, exceptis in fructificatione aliis differentiis, ab hac ſpecie minime excludendæ.*

APOCYNUM. *Apocin.*

409. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, campaniformis, 5-fida, revoluta.

Filamenta; cum maribus, alternantia.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria, 2-plex: utraque, 1-sepala.

Exterior, 5-partita & 5 fida, persistens, minor.

Interior, campaniformis, 5-fida: limbo revoluto.

Stamina, 5, brevia.

Filamenta, 5, cum masculis alternantia.

Antheræ, conniventes.

Discus proprius; glandulosus: glandulis 5, pistillum præcingentibus.

Pistillum: germinibus 2.

Stigma, subrotundum.

Folliculi, 2, longi: singuli, 1-loculares, 1-valves, plurispermi.

Semina, pappo terminata.

Receptaculum, subulatum, longum.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

DASSOVIA.* *Dassovie.**

410. CHAR. DIAGN. *Vagina* stylos 2 includens, 5-gona.

Alia vagina, corpusculis 5 membranaceis constans.

Corpuscula, in squamulam stigma amplectentem desinunt.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria, 2-plex: utraque 1-sepala.

Exterior, 5-partita.

Interior, major, laciniata: laciniis reflexis.

Corpuscula, 5, tubuliformia in orbem digesta, sessilia: singula, e fundo suo, corniculum subulatum, incurvum, exerentia: ore 2-labiato.

Vagina, ſtylos 2 includens, inferne teres, 5-gona, gracilis.

Alia vagina corpuſculis 5 latere membranaceis, conſtans: ſingula corpuſcula, in ſquamulam ſtigma apice amplectentem, deſinunt.

Tubercula antherifera ſtigmati adnata, 5.

Antheræ, 30, quarum binæ, clavatæ e ſingulo prodeunt tuberculo, pendulæ.

Piſtillum: germinibus 2.

Stigma antheriferum, magnum, orbiculatum.

Folliculi, 2, 1-loculares, 1-valves, ventricoſi, pluriſpermi.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Aſclep. *Linn.*

ASCLEPIAS. *Dompte-Venin.*

411. CHAR. DIAGN. *Perigynanda*, 3-plex.

Vagina, in corpuſcula 5, ſibi contigua, dividitur.

Stigma, diſciforme.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria, 3-plex; ſingulæ, 1-ſepalæ.

Exterior, 1-ſepala, 5-fida & 5-partita, perſiſtens.

Media, rotata, 5-partita.

Interior, campaniformis, plurifida, & 5-partita.

Vagina, inferne connexa, ſuperne in corpuſcula 5 diſtincta, ſibi contigua, dividitur.

Extremitas ejuſdem vaginæ ſtigma amplectens, in ſquamulas 5 parvas, ſubrotundas, deſinit.

Tubercula antherifera, 5, piſtillo & ſtigmati annexa.

Antheræ, 10, binæ e ſingulo tuberculo prodeuntes, pendulæ, clavatæ, ſquamulis vaginæ, [illegible]ctæ.

Piſtillum: germinibus 2.

Styli, 2, breviſſimi.

Stigma, diſciforme, craſſum.

Folliculi, 2: ſinguli, 1-valves, 1-loculares, oblongi, polyſpermi.

Semina, imbricata, pappeſcentia.

Receptaculum, membranaceum.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.

NERIUM. *Laurier-roſe.*

412. CHAR. DIAGN. *Productum*, orificio tubi innatum, laceratum.
Stigma, truncatum.
Folliculi, 2.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Perigynanda propria, 2-plex: utraque 1-ſepala.
Exterior, 4-partita, minor, perſiſtens.
Interior, infundibuliformis: limbo magno, 5-partito.
Laciniæ ſingulæ, obliquæ; latæ, obtuſæ.
Productum orificio tubi innatum, laceratum.
Stamina 5, ſubulata, brevia.
Antheræ, ſagittatæ, filo terminatæ.
Piſtillum: germinibus 2.
Stylus, ſimplex.
Stigma, truncatum, orbiculo inſidens.
Folliculi, 2, longi, teretes: ſinguli, 1-valves, 1-loculares, erecto-acuminati, polyſpermi.
Semina, imbricata, pappoſa.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.
Obſ. *Fructus follicularis, in hac & præcedentibus ſpeciebus, longitudinaliter dehiſcunt.*

PERGULARIA. *Pergulaire.*

413. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, hipocrateriformis.
Corpuſcula, 5, cuſpidato-ſagittata, mares ambientia.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Perigynanda propria, 2-plex: utraque, 1-ſepala.
Exterior, 5-fida, erecta, acuta, perſiſtens.
Interior, hypocrateriformis.
Limbus, 5-partitus, planus: laciniis oblongis.

Corpuſcula, 5 : ſingula cuſpidato-ſagittata, incurva ; maſculos præcingentia.

Stamina, 5, breviſſima.

Antheræ, corpuſculo truncato immerſæ.

Piſtillum : germinibus 2.

Styli, nulli.

Corpuſculum, truncatum.

Folliculi, 2 : ſinguli, 1-loculares, 1-valves, pluriſpermi.

Semina, pappis inſtructa.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

CAMERARIA. *Caméree.* *

414. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, longè tubulata, hipocrateriformis.

Achenæ, 2-folliculares.

Semina, propriæ membranulæ, baſi inſerta.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria, 2-plex : utraque 1-ſepala.

Exterior, 5-fida, minor, acuta, perſiſtens.

Interior, hypocrateriformis, longè tubulata, baſi apice ventricoſa.

Limbus, 5-partitus, planus : laciniis obliquis.

Stamina, 5, brevia : antheris conniventibus.

Piſtillum : germinibus 2.

Styli, nulli.

Stigmata obſoleta.

Achenæ folliculares, 2, horizontaliter ſitæ : ſingulæ, 1-valves, oblongæ, utrinque obtuſæ, 1-loculares, polyſpermæ.

Semina, imbricata, ad baſin membranulæ propriæ inſerta.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

PLUMERIA. *Plumiere.*

415. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, tubulata, 5-partita : laciniis obliquis.
Folliculi, medio ventricosi, reflexi.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Perigynanda propria, 2-plex : utraque, 1-sepala.
Exterior, minor, 5-partita, obtusa.
Interior, tubulata, 5-partita.
Laciniæ, oblongæ, obliquæ.
Stamina, 5, subulata : antheris conniventibus.
Pistillum, oblongum, 2-fidum.
Styli, nulli.
Folliculi, 2 : singuli, longi, medio ventricosi, reflexi, 1-loculares, 1-valves, polyspermi.
Semina, imbricata, basi membranulæ propriæ inserta.
Proles in hac specie, caulescentes.
Folia simplicia.

VINCA. *Pervenche.*

416. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, hypocrateriformis : ore 5-gono.
Stigmata, 2, sub quibus discus planus, orbiculatus.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Perigynanda propria 2-plex : utraque 1-sepala.
Exterior, minor, erecto-acuta, persistens.
Interior, hypocrateriformis : ore 5-gono.
Limbus, 5-partitus, planus : laciniis, oblique truncatis, latioribus.
Stamina, 5, brevia.
Antheræ, membranaceæ, incurvæ, obtusæ.
Pistillum : germinibus 2.
Stigmata, 2, sub quibus discus proprius plano-orbiculatus.
Folliculi, 2 : singuli, teretes, 1-valves, longitudinaliter dehiscentes, 1-loculares, polyspermi.
Semina, nuda,

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.

GARDENIA. *Gardenée.*

417. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, hypocrateriformis.
Stigma formâ diverſum.
Bacca, 1-locularis.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Perigynanda propria, 2-plex : utraque 1-ſepala.
Exterior, pluridentata & pluripartita.
Interior, hypocrateriformis, pluripartita (4. 5. 6. 7. 9.).
Stamina, nulla.
Antheræ plures (5, 7. 8. 10.), orî tubi adnatæ.
Piſtillum, ſolitarium.
Stylus, ſimplex.
Stigma, formâ diverſum, oblique truncatum ; aliud globoſum, aliud clavatum.
Bacca, 1-locularis, pluriſperma.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.
Obſ. *Prolium characteres diverſarum hujus ſpeciei naturalis, ab omnibus fructificationis inconſtantibus partibus iisque, ſingulas proles formantibus, aſſumendi.*

SALHBERGIA. *Salhberge.*

418. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, hypocrateriformis, cujus limbus pluripartitus.
Stigma, 2-partitum.
Bacca, 2. 4-locularis.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Perigynanda propria, 2-plex : utraque 1-ſepala.
Exterior, 5-dentata & 5-partita, perſiſtens.
Interior, hypocrateriformis : limbo pluripartito (5. 9.).
Antheræ, 5.
Piſtillum ſolitarium.
Stylus, ſimplex.

Stigma, 2-partitum.
Bacca, 2. 4-locularis, pluriſperma.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia. Quæd. Garden. *Thunberg.*

PÆDERIA. *Pédérée.* *

419. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, tubulata, 5-fida.
Bacca, fragilis, 2-ſperma.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Perigynanda propria, 2-plex: utraque 1-ſepala.
Exterior, 5-dentata, minor, perſiſtens.
Interior, tubulata: limbo 5-fido, contorto.
Stamina, 5.
Piſtillum, epimenum.
Stylus, ſimplex, 2-fidus.
Bacca, fragilis, 2-ſperma.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.

CARISSA. *Cariſſe.* *

420. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, hypocrateriformis, contorta.
Baccæ, binæ, 2-loculares, pluriſpermæ.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Perigynanda propria, 2-plex: utraque 1-ſepala.
Exterior, 5-fida, minor, acuta, perſiſtens.
Interior, hypocrateriformis, fauce ventricoſa. limbo plano 5-partito.
Stamina, 5, brevia.
Piſtillum, ſubrotundum.
Stylus, ſimplex.
Stigma, indiviſum.
Baccæ, binæ; ſingulæ 2-loculares, pluriſpermæ.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.

CERBERA. *Cerbere.*

421. CHAR. DIAGN. *Tubus* perigynandæ interioris, clavatus.

Os tubi 5-dentatum, ſtellato-connivens.

Drupa, 1-locularis, pyriformis, & ovata.

CHAR PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria, 2-plex: utraque 1-ſepala.

Exterior, patula, 5-partita, acuminata.

Interior, infundibuliformis: tubo clavato limboque 5-partito.

Os tubi, 5-dentatum, ſtellato-connivens.

Stamina, 5, ſubulata: antheris conniventibus.

Piſtillum, ſubrotundum.

Stylus, ſimplex.

Stigma, 2-lobum.

Drupa, magna, ovata & pyriformis, umbilicata, 1-locularis.

Oſſiculum, 1-loculare, nucleum 1. 2 fovens.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

Obſ. *In cerberâ thevetiâ Linnæi, laciniæ perigynandæ interioris, obliquæ, revolutæ.*

THEVETIA. *Thévétie.*

422. CHAR. DIAGN. *Productum* oriſicio tubi, ſquamulis 5 conſtans.

Drupa, ſubrotunda, 2-locularis: loculis pluriſpermis.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria, 2-plex: utraque 1-ſepala.

Exterior, 5-fida.

Interior, infundibuliformis, 5-partita, longè tubulata.

Productum oriſicio tubi interno, ſquamulis 5 conſtat.

Stamina, 5.

Piſtillum epimenum, orbiculatum.

Stylus, ſimplex.

Drupa, ſubrotunda; 2-locularis: loculis pluriſpermis.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia. Thevetia Adanſonii & Scopolii.

RAUWOLFIA. *Rauwolfe.**

423. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, hypocrateriformis.
Faux, villis conniventibus clauſa.
Drupa, 1-locularis.
Officulum, 2-loculare.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Perigynanda propria, 2-plex : utraque 1-ſepala.
Exterior, 5-partita, brevis, perſiſtens.
Interior, hypocrateriformis, tubulata : limbo 5-fido, plano.
Laciniæ, obliquæ.
Faux, villis conniventibus clauſa.
Stamina, 5, brevia.
Piſtillum, ſubrotundum.
Stylus, ſimplex.
Drupa, 1-locularis, ſubrotunda, officulum 2-loculare condens.
Nuclei, in loculis ſingulis, ſolitarii.
Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.
Folia ſimplicia.
Obſ. *Tubum floris, apice baſique globoſum eſſe in rauwolfiâ nitida*, (quæ proles diſtincta) cl. Jacquino dicitur.

MELODINUS. *Mélodine.**

224. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, rotæformis.
Lacinulæ, 5, fiſſo-lacerate in medio perigynandæ.
Bacca, polyſperma.
CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.
Perigynanda propria, 2-plex : utraque, 1-ſepala.
Exterior, ypomena, 5-partita, perſiſtens.
Interior, tubulata, hypocrateriformis : limbo 5-partito, plano.

Laciniæ crenulato-falcatæ; in medio perigynandæ, laciniulæ 5: ſingulæ, fiſſo-laceratæ.

Stamina, 5, brevia.

Piſtillum, globoſum.

Styli, 2.

Stigmata, 2, acuta.

Bacca, globoſa, polyſperma.

Semina, compreſſa, diſſepimento carnoſo, ſeparata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

ROBERTIA. *Robertie.*

425. CHAR. DIAGN. *Productum*, perigynandæ interioris, foliolis 5 ſerratis, conſtat.

Bacca plurilocularis (3. 5.).

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria, 2-plex: utraque 1-ſepala.

Exterior, 5-fida, perſiſtens.

Interior, infundibuliformis: limbo 5-fido.

Laciniæ, concavæ.

Productum, tubo interno perigynandæ interioris affixum, foliolis 5 ſerratis conſtat.

Stamina, 10,

Piſtillum, epimenum.

Stylus, ſimplex.

Stigma, indiviſum.

Bacca, ſubrotunda, plurilocularis, pluriſperma.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia. Quæd. Sideroxyl. *Linn.*

SIDEROXYLON. *Bois de fer.*

426. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, rotata.

Squamulæ perigynandæ interiori adnatæ, 5, cuſpidatæ.

Drupa, 1-locularis, apice ſtellifera.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria, 2-plex: utraque 1-ſepala.

Exterior, perſiſtens, brevis, 5-fida.

Interior, rotata, 5-fida.

Squamulæ, perigynandæ rotatæ affixæ, 5: ſingulæ, cuſpidatæ.

Stamina, 5, cum ſquamulis alternantia.

Piſtillum, ſubrotundum.

Stylus, ſimplex.

Stigma, indiviſum.

Drupa, 1-locularis, ſubrotunda, apice ſtellata.

Oſſiculum, 1-loculare, in quo nucleus.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

Obſ. *Dantur in hac ſpecie, proles, quarum flores ſquamulis carent, quamvis reliquæ partes ſideroxylo perſimiles. Qui ex illis, ſpeciem peculiarem diſtinguere voluerit, non repugnabo.*

ALLAMANDA. *Allamandie.*

427. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, infundibuliformis.

Capſula, 1-locularis, 2-valvis, echinata.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria, 2-plex: utraque 1-ſepala.

Exterior, 5-ſepala, acuta.

Interior, infundibuliformis.

Limbus, 5-fidus, ventricoſus: laciniis, obtuſis, patulo-erectis.

Stamina, 5, breviſſima, potius nulla.

Antheræ, ſagittatæ, conniventes.

Piſtillum, ovatum, margine annulari cinctum.

Stylus, ſimplex.

Sigma, indiviſum.

Capſula, lentiformis, 1-locularis, echinata, 2-valvis, pluriſperma.

Semina, imbricata, plano-orbiculata, margine alata.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

FAGRÆA. *Fagrée.*

428. CHAR. DIAGN. *Perigynanda interior*, tubulata: limbo contorto, 5-partito.

Stigma, peltatum.

Bacca, 2-locularis.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria, 2-plex: utraque, 1-sepala.

Exterior, campaniformis, 5-partita, apice membranacea.

Interior, tubulata, apice senim dilatata: limbo, obliquo, 5-partito, contorto, patulo.

Stamina, 5.

Pistillum, epimenum.

Stylus, simplex.

Stigma, peltatum.

Bacca, 2-locularis, oligosperma, piri minoris magnitudine.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia.

MACROCNEMUM. *Macrocnème.*

429. CHAR. DIAGN. *Perigynanda exterior*, campanulata, 5-fida.

Pistillum, ypomenum.

Capsula, 2-locularis.

Semina, imbricata.

CHAR. PEC. *Fructific.* monogamica.

Perigynanda propria, 2-plex: utraque, 1-sepala.

Exterior, 5-dentata, persistens, turbinatum.

Interior, campanulata, 5-fida, erecta, staminifera.

Stamina, 5; singula villosa.

Pistillum, ypomenum.

Stylus, simplex.

Stigma, 2-lobum.

Capsula, oblonga, 2-locularis, pluriserma.

Semina, imbricatim digesta, ut in speciebus generis.

Proles in hac ſpecie, cauleſcentes.

Folia ſimplicia.

Obſ. I. *Species hujus generis, cum ſynarmophytis congruunt, ſitu utriuſque ſexus. Obſervandum tamen, amborum generum propinquitatem ſyſtemati naturali, plane repugnare*, quoniam *inter omnes ſpecierum proles nulla convenientiæ umbra: itaque a ſe removeri debent.*

Obſ. II. *Quas icones in tabulâ noſtrâ* XI, *a numero* 20, ad 36 *uſque, ad clar. Jacquinum, pertinent. Inventa hæc, ita magni ponderis eſſe exiſtimamus, ut ſpecies ſupra recenſitæ, illis confici queant.* Vide Miſcellan. Autir. 40.

Obſ. III. *Clerckia, apagia, macrocnemum, aploca, pſanchum, ziervoglia, pedæria, thevetia, robertia, ſagræa & allamanda, tot ſpecies naturales, quæ in prole unicâ*, huc uſque *conſiſtunt ſingulæ. Cæteræ ejuſdem generis ſpecies, compoſitæ.*

Obſ. IV. *Species, quarum perigynanda interior minime torta, veluti in cæteris ad hoc genus pertinentibus, ſequentes ſunt: macrocnemum, robertia, apocynum, ſideroxylon, melodinus*, &c. *nihilominus, identitate ſructificationis partium ſummâque affinitate prolium, ab eodem genere, inſeparabiles illæ naturales ſpecies.*

XII. GENUS.

TRACHYTOPHYTUM

TABULA XII.

CHARACTER DIAGNOSTICUS.

Perigynanda, duplex: utraque monoſepala.
Interior, ypomena, ſtaminifera.
Stamina, pauca (4. 5), libera.
Piſtillum, epimenum.
Fructus, naturâ ſtructurâque varius, in fundo perigynandæ ſæpius, aut ipſi inſidens.
Folia, plus minusve rugoſo-ſcabra.

CHARACTER UNIVERSALIS.

Fructificatio, monogamica ſ. hermaphroditica.
Perigynanda propria, duplex; exterior & interior: utraque monoſepala; exterior, quinquepartita *fig.* 1; alia plurifida, denticulata *fig.* 2; alia quinquedentata *fig.* 3 &c.
Perigynanda interior, exteriore tenuior, ſtaminifera, rotata *fig.* 4; ventricoſo-tubulata, *fig.* 5; alia, oblongo-campanula *fig.* 6; campaniformis *fig.* 7; hypocrateriformis *fig.* 8; alia infundibuliformis *fig.* 9; alia irregularis ſ. anomala *fig.* 10; globoſo-campanulata *fig.* 11; alia tubulato-incurva &c.
Stamina, pauca, libera, parietibus perigynandæ interioris affixa *fig.* 12.
Piſtillum, epimenum.
Stylus, ſimplex.
Stigma, indiviſum & diviſum *fig.* 13; alia plura *fig.* 14; tandem nulla *fig.* 15.

Fructus, achenaceus, drupaceus, baccatus & capsularis.

Achenæ, quatuor in fundo perigynandæ exterioris *fig.* 16. 17: singulæ monospermæ; aliæ duo, in formam didymæ, coalitæ *fig.* 19: singulis loculis, bilocularibus.

Drupa, subrotunda *fig.* 20; alia oblonga: officulis monospermis *fig.* 21; alia, ovata.

Bacca, unilocularis, *fig.* 22; bilocularis; aliæ quatuor, in fundo perigynandæ exterioris.

Capsula, unilocularis, monosperma, *fig.* 23; alia, sub-didyma, umbilicata; alia ovata, bilocularis; alia trigona, scrotiformis.

Species naturales in hoc genere caulescentes.

Folia, simplicia.

CLAVIS.

Species naturales generis Trachytophytorum, sunt monogamicæ.

- Flores tetrarini.
  - Drupâ, 1-loculari.
  - Baccis, 4.
  - Achenis, 4.
- Fl. pentarini.
  - Fructu, subbaccato.
  - Baccâ, 1-locul.
  - Baccâ, 2-locul.
  - Drupâ, 1-locul.
  - Capsulâ, 1-locul.
  - Capsulâ, 2-locul.
  - Capsulâ, 3-locul.
  - Capsulâ, 4-locul.
  - Achenis, 2.
  - Achenis, 4.

SPECIES NATURALES
TRACHYTOPHYTORUM.

MONTALBANIA. * *Montalbane.* *

430. CHARACTER DIAGNOSTICUS.

